



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Fiducia In Devm Plurimas Et Utilissimas pro
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

Dusault, Nicolas

Coloniæ Agrippinæ, 1660

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50333)





Th. 2932.

J. II
8.









TRACTATUS
DE
FIDUCIA
IN DEVM

PLURIMAS ET UTILIS-
simas pro vitâ spirituali instru-
ctiones Continens,

PRÆCIPUE AD OBTINENDAM

magnam animæ quietem, & afflictiones
quascunque ingenti cum solatio
& fructu perferendas.

IN LIBROS IV

Divisus à R. P. NICOLAO du Sault Soc.

JESU quondam Gallicè scriptus

Latine redditus à R. P. FRANCISCO ROYÆO

eiusdem Societatis Sacerdote.

Hebræ. c. 10. v. 25.

*Nolite amittere Confidentiam vestram, quæ
magnam habet remunerationem.*

(†)


COLONIÆ AGRIPPINÆ

Typis & Sumptibus WILHELMI FRIJSSEN

Sub signo S. Gabrielis Archangeli in

Platea vulgo Tranckgass 1680.

Collig. Söctij JESV Paderbornæ



DEDICATIO

transirent in jucundissimas voluptates, ex dulcedine inspirationum tuarum quas tunc animo meo impressas, postea etiam calamo expressi. Hoc in exercitio annos aliquot exegi serviens Congregationi tuo nomini dicatæ, ad quam complures ventitabant tuarum cupidi gratiarum & Divini Verbi quod ori meo inditum volebas ut eorum mentibus insererem. Hæc eadem isthoc in opusculo TIBI nunc repræsentō nihil in eo agnoscens meum nisi ingenii tenuitatem in concipiendo, & in eloquendo infantiam. Tuum est quia totum de Tuo, idcirco Tuus restituo manibus; sed & Tuum est quia ego Tuus & toties Tuus quot momentis vixi, totidemque titulis quot beneficiis per te cœlestibus obstrictus. Nam cum Autor & Vitæ & Gratia TE MATREM habeat, utramque ad TE utriusque mini Parentem

OPERIS.

rentem referre debeo. Benedic ergo ô Virgo MATER huic operi, & verbis tuis largire virtutem, afflictis-
que animos qui ista legent, præpara, ut hîc inveniant malorum suorum levamen, & bonorum omnium fontem. Fac ut spes suas & desideria à terrenis abstracta, ad eum conver-
tant qui cœlum terramque condi-
dit, qui naturam nostram ex TE as-
sumpsit, ut suam nobis communi-
caret, qui fieri dignatus est Frater
noster & Filius Tuus ut eundem
Patrem eandemque MATREM ha-
beamus tam in cœlo quàm in terra.
Utrique sit laus, gloria, & gratiarum
actio in perpetuas æternitates. A-
men.

FACULTAS R. P. PRO-
VINCIALIS, ET PRIVILE-
GIUM CÆSAREUM.

Ego JOANNES Zwenbrüggen Socie-
tatis JESU per Provinciam Rheni In-
ferio-

† 3

ferio-

ferioris Præpositus Provincialis Tractatum,
de FIDUCIA IN DEUM in quatuor li-
bros divisum auctore R. P. NICOLAO
du Saulst Gallice scriptum, & nunc in
Latinam linguam à P. FRANCISCO ROVÆO,
utroque Societatis JESU Sacerdote trans-
latum, consuetoque more censum, ac pro-
batum, juxta potestatem ab Adm. R. P. N.
GOSVINO Nickel Generali Præposito
mihi concessam, imprimendi facultatem,
Cæsareoque privilegio utendi jure indulgeo
Wilhelmo Friessem Civi, ac Bibliopola
Colonienfi, ut eo invito librum hunc recu-
dere, vel intra Sacri Romani Imperii fines,
& hereditarias S. Cæsareæ Majestatis
Provincias importare, aut venum exponere
nemini liceat. Hanc facultatem manu meâ,
& officii sigillo consignatam dabam Colo-
niæ 20. Martii. Anno 1660.

JOANNES Zwenbrüggen.

APPROBATIO DOCTORUM

Ego infra-scriptus in sacra Theologia
Facultate Parisiensi Doctor, Ecclesiæ
Cathedralis Lemovicensis Canonicus, Of-
ficialis, & Vicarius Generalis Ill. mi &
Rev. mi D. Francisci de la Fayette, Lemovi-
ensis

ensis Episcopi, fidem facio lectum à me
Tractatum de fiducia in DEVM, in qua-
tuor libros distributum, compositum à R. P.
NICOLAO du SAULT, Societatis IESV, &
Theologia moralis in Collegio ejusdem urbis
Lemovicensis Professore. Considerationes ini-
bi explicatæ, meo iudicio, sunt utilissimæ,
magni momenti, & salutare: doctrina or-
thodoxa & Catholica: argumenta, indu-
ctiones, & conclusiones deductæ ex puris
fontibus Theologiæ scholasticæ, positivæ
& moralis. Lector hîc reperiet theoriam &
praxin veræ, unicæ, & solidæ quietis cogita-
tionû affectuumq; humanorum, & secure in-
habitare poterit domum Evangelicam, quæ
nullis sit obnoxia cuniculis, suffossionibus,
procellis, & tēpestatibus. Hîc maximæ acer-
bitates mutantur in admirabiles suavitates,
consolationes fortiores sunt doloribus, &
validissimi quique incurfus afflictionum &
tribulationum retunduntur armis omnipo-
tentibus, quibus bonus DEUS eos muni-
re consuevit, qui se ipsius tutelæ ac benigni-
tati permittunt. Privarem Lectorem fructu
& voluptate, quam plurimam capiet, ex
Authore ejusque opere, si pluribus animi
mei sententiam declararem; cui subscripsi in
urbe Lemovicensi, 23. Maii. Anno 1637.

I. BANDEL.

EGO infrascriptus Doctor Theologus
Facultatis Parisiensis, & Curio Civita-
tis, & Parochiae Treignacensis apud inferio-
res Lemovices, testor legisse me *Traclatum*
de fiducia erga DEVM, in quatuor libros
divisum, authore R. P. NICOLAO du
SAULT, Theologo Societatis JESU, & in
Collegio Lemovicensi casuum Conscientiae Pro-
fessore; eundemque reperisse non modò
consentientem doctrinae Ecclesiae Catholi-
cae, & Romanae; verum etiam refertum in-
numeris documentis cuivis hominum ge-
neri profuturis ad pacem & tranquillitatem
animi conservandam, quibus adversus om-
nes hujus vitae afflictiones pro vallo & mu-
nimento utantur. Quam in re, meam quidem
sententiam, longè excellit pulcherrimis qui-
busque argumentis à Philosophia Stoica pe-
titis; idque tantò gloriosius, quantò princi-
pia, quibus nititur, absque comparatione
certiora sunt axiomatis sapientiae humanae,
rationes ipsius efficaciores, incitamenta per-
fectiora, quaeque viâ modoque planiore &
securiore deducunt ad finem longè felicio-
rem. Ita censeui & subscripsi Treigniaci 12.
Maii. Anno 1637.

DE SAINT PERE

ADMONI-

AD LECTOREM

A MICE lector, si verum est, quod
vita hominis dolor est, & afflictio, &
cuncti dies ejus doloribus & ærum-
nis pleni sunt, ut sacra docet Scrip-
tura, Eccle. 1. & 2. Job. 5. & 7. & experientia
quotidiana comprobatur, sine dubio & nos de
numero afflictorum sumus, siquidem de nu-
mero sumus in valle lacrimarum viventium.
Et jam tum ab infantiâ non prius vivendi
quàm patiendi initium fecimus. Hæc est illa
de quâ loquitur Ecclesiasticus: Eccli. 40.
*Occupatio magna creata est omnibus homini-
bus & jugum grave super filios Adam à die
exitus de ventre matris eorum usque in diem
sepultura in matrem omnium.* Unde Philoso-
phus ille Julia. ep. 38. de Demócrito qui resus-
citaturum se spondebat sepultam foeminam,
si ejus sepulcho trium inscriberentur nomi-
na, qui nihil unquam adversi in vitâ fuissent
experti; majus exigebat miraculum quàm
promittebat. Enim verò omnibus penè se-

culis

culis non paucos novimus ex mortuis vitæ restitutos, at expertem adversitatum vixisse quemquam, hætenus novit nemo, nemo unus ab iis immunis fuit; tametsi nulla sit lex vel sic communis omnibus, vel restricta, à quâ non excipiatur aliquis; adeo ut & ipse Dei Filius simul ac homo factus est, communis hominum conditioni fuerit subiectus. Nec verò afflictionum numerum pro dierum vitæ nostræ aut annorum numero definire licet. Tot tantæque sunt ut etiam regum terræ facile potentissimus & in æstimatione hominum fortunatissimus, non dubitet exclamare: Psal. 39. *Circumdederunt me mala quorum non est numerus.* Psal. 68. *Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis.* Quàm bene ergo ageretur nobiscum, si in tantâ nos malorum undique prementium multitudine præsens affert posset remedium, quod vel liberaret nos ab his, vel sic mitigaret eorum acerbiter, ut gaudii potius quam mœroris videretur præbere materiam. Quemadmodum præbuere olim primis illis Philadelphie Christianis, sicut testatur S. Ignatius Martyr scriptâ ad illos Epistola 6. hoc exordio: Ecclesie, quæ est Philadelphie, exultanti in passionibus. Ecce igitur amice Lector optatum Alexipharmacum; Panaceam tibi

tibi exhibeo hoc in opere suavissimis pleno
considerationibus, quas si non minore pa-
tientia quam attentione vacat legere, fuges.
mihi crede, oleum de petrâ, & manna instar
abconditi erit gustui tuo malorum amaritu-
do amarissima. Omnes ad Fiduciam in Deum,
cujus tractatus hic titulo insignitur, referun-
tur in libros quatuor distributæ. In primo
fundamenta jacio hujus eximiae virtutis. In
secundo motiva doceo. In tertio effectus ex-
plico. Denique in quarto considerationes
produco & nonnulla media qua virtutem
hanc nostris mentibus insitam conservent.
Videbor fortasse multa reliquisse imperfecta;
verum cujus, nisi Dei perfecta sunt opera? Et
hæc ipsa ne Momi quidem judicio; cujus pro-
inde spiritu hæc si legeris, fructu carebis op-
tato: quem tamen decerpes, si quo scripta
sunt, legas affectu, ut nimirum tranquillitati
redditum disponas animum ad generosam nō
sine profectu & delectatione omnium, quæ
te circumstant malorum, tolerantiam. Tum
verò ausim tibi polliceri media in tempesta-
te malaciam & favum mellis in ore leonis.
Reliquum est ut verbo indicem meum in hoc
opere procedendi modum atque in primis il-
lius scribendi occasionem. Visa est mihi Fidu-
cia in Deum velut præcipuum atque effica-
cissi-

cissimum medium obtinendi finem intentum; nec tamen propterea virtutes alias, quæ cum illâ indissolubili copulatæ sunt nexu, prætermitto. Libro primo, dum Divinæ Providentiæ, quo in suarum utitur regimine Creaturarum, ordinem declaro atque decreta ejus & in se Sanctissima & nobis saluberrima demonstro, contra sacrilega impiorum ora apud Sophoniam, c. i. qui dicunt in cordibus suis: *Non faciet bene Dominus*, immò & contra blasphemū Astrologum qui de se impiè jactare fuit ausus, quod si Deus in mundi fabricâ, se fuisset usus Consiliario, quam plurimos correxisset defectus: non potui neque debui prætermittere, quin ostenderem quantâ teneamur obligatione nostram in omnibus Divinæ conformare voluntatem, ejusque ordinationibus acquiescere, id quod à perfectâ Fidiuciâ separari non potest. Libro secundo ex occasione motivorum quæ nos faciunt spem omnem nostram in Deo ponere, ago de Vanitate Creatarum rerum, ut his contemptis totî ab immutabili Dei fidelitate pendeamus. Tertio differens de tribus *Confidentia* in Deum præcipuis effectibus, Pace, Gaudio, & Fortitudine. Tracto etiam de perfectâ sui ipsius abnegatione, & unione cum Deo quàm in nobis tria ista efficiunt. Quarto post explicatam

catam Divinae Majestatis adorandam excellentiam & nostram qua Omnipotenti ejus dexteræ subjacemus, servitutem quæ nos obligat ut inviolabili ipsi conjungamur fidelitate, id quod tanto magis conducit ad praxin, ostendo quantam illi rebus in omnibus debeamus obedientiam, quantum inde timorem religiosè concipere. Atque ita concludo, summatim perstringens perfectiones omnes quæ vel plura possunt librorum volumina requirere, vel quas potest homo possidere. Hoc sensu locutus videtur Spiritus Sanctus per Ecclesiasten: c. ult. *faciendi plures libros nullus est finis: Deum time & mandata ejus observa, hoc est enim omnis homo.* Sic divinum commendans timorem concludit librum quem epitomen librorum omnium rectè dixeris. Curiosa quæ ad rem non erant, prætermisi ut omnibus servirem atque afflictis potissimum aut qui se tales esse putant. Neque verò rejeci etiam, si quæ sponte se obtulerunt & è re nata venerunt in calamum. Eandem ob causam nec quæsi vi cultiorem stylum, nec omnino neglexi, quem fortasse judicabis nonnunquam diffusorem pro eruditis; sed volui etiam indoctis servire, omnibus debitor factus. Autoritates allego & historias ad propositum utiles, ut quas præmitto veritates, confir-

firmem, ostendamque nihil me novi dicere, immò nihil quod non usus ipse multorumque exempla longe superent. In huiusmodi vero probationibus connexionem inter se rerum quò plus roboris habeant, observo potius quam seriem temporum & chronologiam, utpotè minoris momenti. Verba quædam Græca tum margini tum capitibus intertextu potuissim prætermittere, sed qui vini eorum norunt, credidi majori hos cum delectatione, ceteros eadem latine reddita sine molestia lecturos. Denique ut te Amice lector non invitum adducerem ad lectionem huius libri, secutus sum consilium & ductum huius seculi Antistitis & sanctitatis & doctrinæ celeberrimi qui quod ab alio se maiore didicerat, suadet, titulos capitum non longis ab invicem intervallis disiungi. Nam quemadmodum, inquit, viatores si sciant non multos passus distare amœnissimum quendam hortum haud invitum ejus visendi gratia tantisper à viâ deflectunt, ab ea non discessuri si longius abesset, ita plane qui finem capituli aut paragraphi vident non longè protrahi ab initio, facilius aggrediuntur ejus lectionem, omisuri quamvis fortasse non ingrata foret, si multum temporis illi absolvendæ foret impendendum. Hoc secutus consilium multò prudentissimum, plu-

plures hoc in tractatu titulos proposui, ut & materia plus gratiæ & lectio minus habeat tædii. Nonnulla tamen capita fortasse longiora videbuntur, sed rerum quas tracto excellentia & paragraphorum quibus continentur, brevitās facient ut mutes iudicium. Eiusmodi sunt libri tertii caput primum, & secundum, quæ duos libros ab hoc opere separatos possent efficere. Ecce amice lector, illud erat de quo admonendus videbare, ut propositum à me finem procedendique methodum in ipso limine plenius cognosceres. Spero fore, ut rerum quas selegi copia, in te desiderium excitet legendi, acuat diligentiam inde proficiendi, conciliet facilitatem ad excusandos defectus, in primis verò fidelitatis admoneat, qua quidquid boni hinc hauseris ad bonorum omnium fontem Deum, ejusque majorem gloriam referas; totum enim ad honorem Dei Opt. Maximi, tuamque utilitatem & scriptum & cogitatum est.

CONSIDERATIONES GENERALES.

De Fiduciâ in Deum.

Prefatio hujus Tractatus.

§. I.

Definitio Fidei in Deum.

Fiducia in Deum Creatorem nostrum ac
A 4 supre-

supremum Dominum non consistit solum in sublimibus, quos fides nos docet de summa ejus providentiâ & bonitate infinitâ conceptibus, nec in spe simplici ex illis profectâ obtinendi divinam opem atque adiutorium, quod in nostrorum administratione negotiorum implorandum est, quanquam hæc dispositio, in quibus ea inest, nequaquam est contemnenda. Verum est certa animi firmitas tam altè defixa in Deo ac radicata, ut nullis creatis viribus, ullo unquam tempore possit ab eo abstrahi atque avelli. Cujus nobis figuram exprimit Evangelica parabola de domo viri sapientis Matth. 7. & Luc. 6. *quam adificavit super petram & descendit pluvia & venerunt flumina & flauerunt venti & irruerunt in domum illam & non cecidit, immo nec commovere potuerunt.* S. Thomas de Fide in genere tractans 22. q. 129. a. 6. eam ad Fortitudinem & Magnanimitatem refert, propterea quod repellat malum quod timeri posset, & spem roboraret de assequendo bono, quæ sunt duæ conditiones necessariæ ad perfectionem duarum istarum virtutum. Et Albertus Magnus ejus Magister ante illum dixerat: in Paradiso animæ cap. de fiducia in Deum 36. *Confidentia vera & perfecta est mentis securitas, quod omnipotens & fidelis Deus*

Deus nunquam amicos suos dereliquit, juxta illud Ecclesiasti 2. Quis speravit in Domino & confusus est permansit in mandatis ejus & derelictus est? Itaque Dei Omnipotentia & Fidelitas Fiduciæ nostræ sunt fundamenta: quibus sicut nihil potest fingi firmitus, ita excogitari nihil melius cui illa innitatur. Quod si fiducia nostra vano aliquo timore se patiatur percelli, perdet continuò omne robur suum, nec jam comparanda est rupi quæ illisos oceani fluctus immota repellit, sed potius fluctui maris qui à vento movetur & circumfertur ut sanctus loquitur Jacobus Apostolus in suâ Canonica. c. 1.

§. II.

Proprietates Fiduciæ in Deum.

Ludovicus Granatensis Concione. 2. Domin. 23. post pentec. scribens de hac admirabili virtute dicit eam non minus esse principium impetrandi, quam Charitas est merendi, & quotquot cum fiduciâ Deum orant, tam certò consequi ea, quæ rogant, quam illi nova donantur gratiâ qui actiones suas in charitate perficiunt. Hoc sensu loquitur S. Bernard. in ps. 90. super hæc Verba: *omnis locus quæ calcaverit pes vester, vester erit. Deut. 11. Pes noster, inquit, spes nostra est, quidquid*

A 5

Assist-

attingis obtines, si in Deo solo fundatur. Deut.
 11. Si quid tibi videtur impossibile aut difficile
 esse Deo, adjungit idem Theodidactus,
 quere audacter alium ad quem possis recur-
 rere, sed si res omnes æquè illi sunt faciles,
 quid desideras amplius? Forfitan de ejus po-
 tentia non dubitas, nec de fidelitate ambigis,
 sed ejus tibi voluntas incognita est. Modicæ
 fidei! potesne dubitare de ejus benignissimâ
 in te voluntate, qui cruci pro te affigi voluit &
 quotidie Bonitatis suæ thesauris te cumulat
 majoribus, quam vel optare audeas? Creavit
 enim nos Pater (appositè in hanc rē inquit Al-
 bert. M. uti supra) ad imaginem Trinitatis, &
 sanctissimus Filius ejus deest nobis Carnem suâ
 in cibum, & sanguinem in potum, & animam
 suam in pretium Redemptionis, quis unquam
 vel semel auderet de hujusmodi cogitare? Quis
 non raperetur ad spem & ad impetrandi fidu-
 ciam, si attenderet in Cruce Christi Corporis
 dispositionem. Vide caput inclinatum ad oscu-
 landum, brachia extensa ad amplexandum,
 manus perforatas ad largiendum, latus aper-
 tum ad diligendum, totius Corporis extensio-
 nem ad se totum impendendum. Possuntne ita
 cuiquam de propensissimo Dei in nos affectu
 dubitandi locum relinquere? His accedit au-
 tem testimonium effectusque admirabilis
 ejus

eius erga homines amoris infiniti. Vos ipsi vidistis, inquiebat olim Deus per Moysen alloquens populum suum, *quomodo portaverim vos super alas Aquilarum & assumpserim mihi*; Exod. 19 ut constituerem me murum inter vos & hostes vestros ad avertendos ictus eorum conatusque infringendos. Vbi Rabbi Salomon observat (Cornel. à lapide in hunc loc.) ex omni avium genere Aquilam impositos dorso suo deportare pullos suos, ne si more aliarum pedibus arreptos deferat, ab emissis in se iaculis transfigantur. Non aliter se Deus protectorem exhibet iis qui fiduciam suam in ipso collocant, ut notant interpretes in hunc locum, ipse præponit se & quasi in acie stat ad excipienda tela aggrederentium suos ut eos mediis in periculis tutetur. Cujus rei illustrem typum exhibet nobis Scriptura Sacra referens gloriosam Dei ipsius pugnam contra Ægyptios pro Israelitis, sicut illis pollicitus erat Moyses cum ex Ægypto egredierentur, quos cum panico timore vidisset perterritos ob insequentem pharaonis exercitum, allocutus eos nomine Dei: Exod. 14. *Nolite timere, inquit; state, & videte magnalia Dei que facturum est hodie.* Et verò viderunt simul ac transissent per mare rubrum. *Angelus enim Domini qui præcedebat castra Israel abiit post*

eos & cum eo pariter columna nubis priora dimittens post tergum stetit inter castra Ægyptiorum & castra Israël, pugnavitque Dominus pro Israëlitis, ab his avertens Ægyptiorum spicula atque in eos ipsos illa retorquens. Quanta Bonitas tua Deus quam ingens misericordiæ tuæ miraculum erga eos qui confidunt in te!

§. III.

Exempla.

EX horum consideratione viri sancti oneserosa vitæ hujus negotiâ, magnâ cum fiducia in paternum benignissimi Domini suum sinum exonerarunt docti à Propheta Regio Psal. 55. *Iacta super Dominum curam tuam*, vel ut alii legunt, *onus tuum* lect. I. Hoc fecit S. Isidorus Pallad. in lausia. qui moriens cum Orphanis sororibus suis necessaria vitæ sustentandæ vix relinqueret, aiebat: Qui creavit illas, habet, unde enutriet. Fiducia de Divina ejus Providentiâ animo concepta divitiis illarum illis penuriam erit, ex quo necessitatibus suis immo & commodis abundè prospicient. Hoc induxit sanctum quemdam adolescentem de quo refertur in Prato spiritali, c. 201. **JESUM CHRISTUM** curatorem suum eligeret amplissima respuens bona paterna hæredem

hæreditatis, quæ omnia voluit pauperibus
distribui, ut nihil ipse in hoc mundo possi-
deret quod perfectam sibi in Deum fiduci-
am imminueret. Quanquam hæc ipsa fidu-
cia multorum ipsi bonorum parens fuit et-
iam temporalium quibus cumulatus & di-
vinitus cum minime cogitaret. Hoc idem
impulit olim illustrissimum Franciæ Prin-
cipem ut fortunarum suarum hæredem te-
stamento scriberet fratrem suum, filio suo
excluso cui ex maiore iam ipsum amore
mallet nihil quam modicum relinquere.
Præsertim cum aliunde timeret ne terre-
norum affluentia bonorum ipsi cœlestia
eriperet, & in Deum fiduciam divitiis om-
nibus meliorem. Non defuit tamen Juris-
Consultus Ulpiani è scholâ qui provocaret
ab eo testamento, quin & humano Curia ci-
vilis iudicio tamquam minus officiosum, ô-
minò rejectum est, sed Divino comprobatur.
Testatus quippe Deus est placuisse sibi dum
hanc stirpem elegit ex qua victoriosos belli
duces mundo & restauratores dedit Roma-
no imperio.

§. IV.

*Differentia inter eam qua in Deum, & qui
in Creaturas est Fiduciam.*

Spem habere repositam in humano præfidio, minus est, quam habere fiduciam. Id quod paucis ostendit verbis Philosophus Seneca scribens cuidam amicorum suorum in hæc verba: *De te spem habeo, sed nondum fiduciam* Ep. 16. Itaque fiducia in creatis rebus excedit spem de illis conceptam. At fiducia in rerum omnium auctore atque conditore Deo collocata tantum superat utramque ut illæ in comparationem cum hac venire non possint. Ea propter sanctissimus Rex David non dicit simpliciter: *Speravi in sermonibus tuis sed in verba tua supersperavi.* Pjal. 118. Novo usus vocabulo, eodem psalmo aliquoties & alibi sæpius repetito. Sapientis quoque voce monemur: *Confidere Deo ex toto corde. Utinam intelligeremus* inquiebat quadam vice suspirans S. Ignatius, *quantas vires spes in Deum habeat! cui certe parum superest loci, ubi omnia abunde suppetunt. Quæ si explorata sint & manu teneantur, ubi nostra in Deum est spes?* Ribad. l. 5. vira Intendens in illud Apostoli: *Spes qua videtur non est spes.* Rom. 8. Nam quod quis videt, qui sperat? Deplorabat sanctus

Etus ille fundator noster cæcitatem hominum
 ætatis suæ, & accusabat injuriam in æstimandâ
 pro merito suo & exercenda virtute hac
 tanti momenti. Fateor equidem, spem in Deo
 quantumvis exiguam, nunquam inutilem ef-
 fe; addo tamen, nec magni æstimandam, nec
 valde efficacem esse, nisi ita crescat ut infinito
 quodammodo excessu spes humanas om-
 nes vincat. Enimvero solet Deus adjutricem
 gratiam suam nostræ in ipsum fiduciæ exæ-
 quare. Hoc sensu dixere sancti Patres: Tardan-
 tibus nobis ire ad Deum, ipse succurrere tar-
 dat; è contrâ festinantibus nobis occurrit ob-
 viam. *Dominus dormit*, inquit S. Ambrosius,
tepida vigilat perfectus, L. 4 in c. 1 Luca. Et S.
 Basilus: *Dormitantibus nobis & pigre agentibus dormire dicitur Deus.* Basil. in psal. 29.
Fiat misericordia tua, Domine super nos, pe-
 tebat David, quemadmodum speravimus in te
 Psal. 32. Immo, Anima fidelis ipsum audi Deū
 per os ejusdem Prophetæ loquentem: *Quo-
 niam inquit, speravit in me, liberabo eum.* Ni-
 mirum protegit Deus confidentes in se, libe-
 rat eos à miseriis & malis qui fiduciam ha-
 bent in illo. Veritatem hanc multis confirmat
 Scriptura sacra; atque in primis in novo testa-
 mento Christus Dominus Salvator noster, o-
 pem suam implorantium fiduciâ velut regu-
 la

lā miraculorum suorum beneficiorumque u-
tebatur, non tribuens solum quod petebant,
sed eo fermē modo quo rogabant, aut rogā-
dum credebant. Princeps quidam Synagoga
supplex rogabat JESUM, inquit Evangelista
*Domine Filia mea modo defuncta est: sed veni
imponere manum tuam super eam & vivet.*
Matth. 9. Continuo secutus est eum Domi-
nus, intravit domum, tenuit manum mortuae
& surrexit puella vivens. Ibidem refertur de
muliere, *que sanguinis fluxum patiebatur an-
nis duodecim hæc accessit retrō. & tetigit sim-
briam vestimenti eius: dicebat enim intra se: si
serigero tantum vestimentum eius, salva ero.*
& *salva facta est.* Matth. 15. Alia verò mulier
Cananæa credens quod solo verbo JESUS
posset filiam suam malè à dæmonio vexatam
liberare, audire meruit: *Magna est fides tua.*
*Fiat tibi sicut vis, & sanata est filia eius ex il-
la hora.* Luc. 7. & Matth. 8. Pari modo servus
Centurionis paralyticus, quem herus solo
Christi verbo credebatur sanitati posse restitui
convaluit. Hinc aliud discrimen oritur inter
fiduciam in Deo & fiduciam in rebus creatis
positam; hæ enim nec promissioni iuxæ, nec
concordatæ de se spei semper ex æquo respō-
dent. *Non salvatur Rex,* inquit psalter regius,
per multam virtutem, & Gigas non salvabitur

in multitudine virtutis sua, Psal. 32. Tametsi
uterque in his velut humanis praesidiis spem
suam posuerit. Nec equi agilitas etiam gene-
rosissimi sessorem suum ex omnibus pericu-
lis eripere, nec divitiarum affluentia possessor-
em suum facere securum possunt, quidquid
videantur promittere. Enimvero & hoc pro-
prium rebus creatis ut multa & magna polli-
ceantur, pauca praestent, virtutem foris ostē-
tent, successu nullo. Origeni, humano fi-
dere praesidio, idem est, ac inniti ligno putri-
do: Hom. 2. in Gen. et has æquivalentes judi-
cat propositiones: *Maledictus homo qui pendet
in ligno.* Deut. 21. Et, *Maledictus homo qui fidit
in homine.* Jerem. 17. Perinde aestimans lignū
cariosum, ac mortalem hominem carne &
sanguine constantem. *Respicens etiam*, inquit
sapienter Ecclesiasticus (cum malis undique
circumdaretur; & non esset qui adjuvaret,) *ad
adiutorium hominum & non erat: memo-
ratus sum misericordiam tuam Domine & opera-
tionis tue quae à seculo est, quoniam eruiis susti-
nentes te Domine, & liberaas eos de manibus
gentium.* Eccl. 51. Immo addit: *Exaltasti super
terram habitationem meam.* Sicut de se quo-
que David testatur. *Qui exaltas me de portis
mortis* Psal. 9. In quem locum S. Chrysosto-
mus: non tantum, inquit, mala eorum solvit
Deus

Deus, sed etiam facit eos admirabiles; nimirum eodem tempore quo vorticibus afflictionum videbantur absorbendi, gloriose extulit & illustri loco collocavit divini auxilii splendore circumdatos. Hujus rei memorabile exemplum traditiones Hebræorum nobis suppeditant, narratum à S. Hieronymo de Rege Manasse lib. 2. parali. c. 33. qui, cum po- exactos aliquot in carcere dies, conjectus fuisset in ahenum fervens ut lento igne ex- reret, ad evitandum ingens hoc tormentum magno animi sensu, quotquot noverat Deorum falsorum nomina invocavit; sed con- irritum & spe frustraneum. Cum venit in mentem, quem ex Ezechia Patre suo olim audiverat divini discursus de Dei misericordia, eos qui eum cum fiducia invocant: recordatus quoque verba Moysis; *Cum quaesieris Dominum Deum tuum, invenies eum, si tamen toto corde quaesieris & tota tribulatione animae.* Deut. 4. Itaque coepit spem omnem in solo Deo vero ponere; cumque ingenti cum ejulatu precari tamquam malorum suorum levamen unicum. Nec frustra. Continuo Angelus è coelo adfuit, arreptumque capillo capitis transportavit Hierosolymam in montem unicum. *Respicite filii,* monet Sapiens Ecclesiastes *nationes hominum, & scitote, quia nullus spe-*

travit in Domino & confusus est. Quis enim permansit in mandatis eius & derelictus est, aut quis invocavit eum & despexit illum? Quoniam pius & misericors est Deus & remittet in die tribulationis peccata, & protector est omnibus exquirentibus se in veritate.

§. V.

Effectus fiducia in Deum.

Hinc nascitur tertium discrimen inter utramque hanc fiduciam, nam illa, quæ rebus creatis innititur, perpetuo nos in timore relinquit, ne decipiamur propter earum infirmitatem, inconstantiam & infidelitatem quam illis innatam cognoscimus, singulis momentis suspensi timore hæremus ne quis sinister nuntius referat res nostras infelicem habuisse exitum, donec tandem re ipsa successus earum certò nobis innotescat & appareat quod solícite & impatienti animo expectaveramus. E contra nihil est quod in omni negotio sic consoletur & securum reddat hominem, uti vera in Deum fiducia. Dicerés divinam illi qui Deo fidit, omnipotentiam quasi in manus tradi, creaturasque omnes illi militare ut earum ministerio consilia sua ad finem perducatur optatum. Illa, si opus est, emollit rupes, exsiccatur aut indurat fluentes aquas

aquas, sistit solem, transvehit montes, imperat terræ, aëri, ventis & tempestatibus, illa hominis Deo confisi imperio nutuique subicit res omnes universi. Hinc est illa admirabilis fiducia tot millium, in solitudinibus nostris sine censu dives, hæc exercitus evocavit Angelorum Sanctorum in terras ad usum hominis custodiam: hæc obsonatores habuit corvos & prandij ministros: hæc bestiarum feritatem commutavit in officiosam charitatem, sicut quos devorare solebant, prædis suis alerent; hæc famentium obstruxit leonum ora, mansuetudinemque horum & blanditias meruit in Christi Martyribus qui eorum fuerant furori ab impijs Tyrannis obiecti: hæc ad vocem servorum Dei mitigavit mare & compescuit tumentes fluctus ejus: hæc stravit procellas sub pedibus eorum præbens viam super undam velut in area: hæc innoxias reddidit flammæ & homini obsequentes ne capillum capitis læderent. Hæc est illa fiducia in Deum quæ tot pueris & puellis gloriosam dedit de Imperatoribus victoriam, de immanissimis humanæ & diabolicæ tyrannidis suppliciis triumphum immortalem. Denique nihil est tam arduum quod non aggrediatur sine timore, nihil tam difficile quod non exequatur sine labo-

labore", nihil tam excellens quod non obtineat à Deo sine repulsa. Huiusmodi laudum encomia tribuit illi Blosius superioris seculi Religiosissimus autor: In farrag. institut. spiritual. Istiusmodi inquit erga Deū *confidentia*, thesaurus est longe præclarissimus, quem qui habet, facile impetrat à Deo, quidquid desiderat. Nec solum ab homine hæc illi virtuti laus tribuitur, sed ab ipsomet Deo, à quo ille hanc videtur mutuatus Nam l. 3. divin. insinuationum S. Gertrudis cap. 7, narratur. Cum Deus Dominus noster cum hac sancta Virgine sermonem quodam die instituisset de fiducia in Deum, hoc illustre dedisse illi testimonium: *Secura illa confidentia, quam quis erga me habet credens me revera posse scire & velle sibi in omnibus fideliter adesse, trās verberat cor meum, tantamque vim facit pietati meæ ut nullatenus possim huiusmodi homini abesse vel deesse* Quæ cum ita sint non te spero, amice Lector, pœnitebit temporis quod huius lectioni libri impendes, qui non media solum tibi suggerit inveniendi preciosum hunc thesaurum, verum tradit etiam, quæcunque ad illum obtinendum, conservandum & augendum necessaria esse possunt.

§. VI.

Fiducia in Deum non excludit media humana.

HEbræi, inquit Augustinus, quodam die adduxerunt arcam in castra fisci se contra inimicos suos ejus beneficio insignem reportaturos victoriam. Verum ut ex sacris Regum constat historiâ, eo ipso tempore turpiter victi fugatique sunt, *Et facta est.* inquit textus I. Reg. c. 4. *plaga magna nimis, ceciderunt de Israel triginta millia peditum.* Hic infelix exitus ostendit illorum fiduciam in visam plane Deo fuisse & injuriosam, talemque quæ ejus iram atque indignationem provocarit potius, quam favorem ejus beneficiumque meruerit. Est tamen difficile explicare in quo Israëlitarum peccarint; Nam, ut notant interpretes, nec desiderabant mali aliquid, nec illiciti; victoria siquidem, quam optabant, cedere poterat ad divinæ gloriæ incrementum, & fiducia uni Deo nixa, quod laudabilior, hoc efficacior ad obtinendam operis divinæ victoriam videbatur. Fateri ergo oportet quod vel ob commissum crimen aliquid indigni fuerint hoc beneficio, vel potius ut notat Rupertus Abbas, illorum fiducia præsumptuosa fuerit atque temeraria.

eo quod media à Deo illis constituta ad felicitatem pugnandum neglexerint sub prætextu spei de divinâ protectione conceptæ. Quare non hic intendo de fiducia in Deum agens excludere prudentiam humanam à negotiis nostris & fovere inertiam creaturarum, sub umbra speciosæ in Creatorem spei. Neque enim consilium Dei est ut propter suam nostri curam, supervacanea sint ea quæ nobis enlargitus est naturæ & gratiæ dona, sed hæc infirma imperfectaque reliquit, ut in omnibus nostris negotiis, ejus ope indigentes ad eum recurramus supplicantes: *Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adjuvandum me festina. Cogitationes enim mortaliū timida, verè inquit Sapiens, & incerta providentiæ nostræ.* Proinde deplorandum valde censeo, humanam prudentiam eo usque in consultationem advocari ut non modo locum aliquem teneat in consiliis nostris, verum etiam sola jus dicere, dominari, nullasq; fiduciæ in Deum, cujus tamen est præsidere, partes relinquere præsumat. Hinc est quod tantopere suspiremus atque appetamus humana præsidia perinde, ac si aliunde nullum esset sperandum, Ingratissime mortaliū, exclamat Salvianus l. 2. de gubern. Dei scitè in hanc rem, putasne Deum sine intermissione

ac

ne lateri tuo adhærere ad prodendum te ac
 deferendum in necessitatibus tuis ? Nonne
 ipse est qui coelum & terram implet ut ubi
 que & undique nobis succurrat, & ut S. loquitur
 Paulus; nonne *in ipso vivimus, movemur*
& sumus ? nonne ab ipso est quod corpore
 constamus & anima & utriusque conserva-
 tionem retinemus. Ad quem ergo majori-
 cum securitate confugiamus quam ad illam
 summam Bonitatem, à quâ sustentamur,
 cujus perpetuo influxu omne habemus esse
 vivere, & moveri. Verum omnes hæc consi-
 derationes non eo spectant ut ansam præ-
 beant mortalibus in suâ sibi adulandi igna-
 viâ eamque hoc quasi velo regendi. Deus
 qui illos condidit ad laborem sicut aves ad
 volatum, non patitur consenescere in otio &
 sua mavult beneficia perdere, quàm hæc sine
 illorum cooperatione conferre. Unde ubi
 venit ut quas maximis amicis suis sæpenu-
 mero promiserat coronas & palmas, nunqu-
 tradiderit, nisi ipsi suam operam contulissent
 adeo ut quotiescunque suis partibus defue-
 runt, semper optato caruerint fructu. Promi-
 serat quidem Moyse, Josue, Gedeoni se illo-
 rum in prælio ducem auxiliatoremque fore
 immisurum hostibus pavorem & confu-
 sionem ut vincerentur sine periculo & ja-
 ctura

turâ suorum, nihil tamen propterea viri san-
 ctissimi fortissimique de suâ industriâ & vi-
 giliantâ remiserunt; immo bellica etiam stra-
 tagemata prudenter excogitarunt ut à servi-
 tute eorum se eriperent à quibus se liberatur-
 um Deus promiserat. Hic est ille gladius
 Domini & Gedeonis, cujus virtutem expe-
 riebantur Hebræi triumphantes de Madiani-
 tis mutuâ se cæde conficientibus, Judic. 7.
 Quod confirmatur ex libro 2. paralipp. ubi
 mentio fit miraculosæ victoriæ contra Æ-
 thiopas aliasque barbaras nationes reporta-
 tæ quas Dominus Deus ab Asa piissimo Re-
 ge cum fiduciâ invocatus tanto terrore ex-
 terruit, ut quamvis Zara Æthiops in exerci-
 tu suo numeraret decies centena millia &
 curribus trecentis egrederetur in aciem con-
 tra Judæos multo pauciores, fugerint tamen
 Æthiopas & usque ad internecionem deleti
 sint, & ne putaremus à Domino solo perfe-
 ctum hoc prælium, nihil conferente exercitu
 Asæ, sacer scriptor Spiritus sancti instinctu
 expressis verbis addit: *Domino cedente contri-
 ti sunt & exercitu eius praliante* 2. para. 1. Au-
 diverat Salomon à Deo, *sapientia & scientia
 data sunt tibi. divitias autem & substantiam
 & gloriam dabo tibi, ita ut nullus in Regibus.
 nec ante te, nec post te fuerit similis tibi.* Nihil-

B

qmi-

ominus ut subjungitur eodem loco; Congregavit sibi currus equites & facti sunt ei millia quadringenti currus & duodecim millia equitum. Ubi notat Nicolaus de Lyra: quod licet homo de divino sit securus auxilio, non tamen debet omittere ea quæ secundum humanam vitam facere videntur ad suam suorumque securitatem.

§. VII.

Divina fiducia adiungi debet humana industria.

QUapropter magnopere cavendum est ne infatuemur à vanâ istâ & fucata fiducia quæ speciem quidem pietatis præfert, sed exosa est Deo atque invisâ, ideoque non tam gratiam ejus favoremque nobis conciliat, quàm odium & vindictam incurrit non enim divinæ auxilium Providentiæ promittitur, ut nostra inde virtus torpescat sed ut ejus infirmitas illi innixa sustentetur & roboretur. Non nego, quod verissime dicitur quidam vir sanctus Lib. 8 div. apoph. cap. 21 ut narratur in apophthegmatis Patrum: providentiam humanam ita brevi tempore debilitare atq; extenuare vires nostras, ut levissimum quo vis concussus impulsu dejiciamur inter terram. Verum hoc ita accipiendum est, ut, volu

volumus eam nobis prodesse, necesse sit de
vino confirmare auxilio; loquitur enim de
prudentiâ destitutâ in Deum spe, sine qua ô-
nino fateor, quidquid demum in nobis sapien-
tiæ vel scientiæ inest, perinde esse ac Corpus
sine Anima. Hinc fortassis Apostolus pruden-
tiam carnis appellat mortem, quippe quæ
non est animata generoso illo Dei fiduciæ
spiritu, à quo uno alimentum, vigorem, at-
que vitam trahat oportet.

Viri Sancti, Amici Dei, singulari
semper studio hæc duo junxerunt. In-
ter alios legimus de S. Ignatio fundatore So-
cietatis JESU, quod ita solitus fuerit prudē-
tiæ regulas sequi & naturalem judicii sui du-
ctum, ut videri posset in consultationibus
suis nullum Dei fiduciæ locum relinquere, &
tamen assiduum ejus precandi fervorem
consideranti insignemque de divinâ Provi-
dentiâ spem, videbitur planè humanis ratio-
nibus & prudentiæ regulis renuntiâsse. Hujus
sanctissimi Viri exemplo discamus nulli o-
peri manum admoveere, quin prius feceri-
mus satis utrique hujc obligationi, quarum
altera ad naturam rationalem, ad vitam spiri-
tualem pertinet altera, utraque simul juncta
ex æquo hominem Christianum componit.
Nam instituere actiones suas ex passionum

atque appetitus impetu, brutorum est, ex
 fidiola machinatione fallacia dæmonum
 Præsumptuosa fiducia segnes reddit, pruden-
 tia purè humana politicos. Veris Dei ser-
 vum proprium est ita unire & subordinare hu-
 manæ divinæ providentiæ media ut horum
 illa semper moderentur. Hæc summa est
 rum quæ his libris statui explicare ad gloria
 ejus qui hoc mihi desiderium animumque
 inspiravit, & ad commendationem illius di-
 vine virtutis quam ex ignorantia ejus præ-
 stantia ac dignitatis videntur homines ne-
 ligere. Fundamenti loco ponam ob oculos
 considerationes aliquas circa admirabile
 divinæ providentiæ ordinem quem in su-
 rum gubernatione creaturarum servat,
 hæc cognitio incitamento nobis sit ad fide-
 dum paternæ ejus nostri curæ & sollicitudi-
 nem simul etiam efficacis instar motivi in officio
 nos contineat. *ut mundaemus nos ab omni
 inquinamento carnis. Et Spiritus perficiat
 sanctificationem in timore Dei, 2. Cor. 7. ut et
 hortatur Corinthios gentium Doctor. Nam
 quemadmodum viæ Domini recto nostrum
 mite deducunt ad optatissimum summæ fe-
 licitatis portum, ita quæcunque aliæ quæ
 longissime abducunt. Quod sane pro eo
 par est, seriò meditantibus non potest no-*
 hor

horrori esse. Ex gravissimis quas in gehennâ
damnati patiuntur, pœnis, hanc esse unam ju-
dicabat B. Catharina Genuensis: videre quod
se ultro divinæ providentiæ subtraxerint,
nolentes ejus ductum per viam regiam se-
qui. Hanc tam perniciosam stultitiam nun-
quam satis agnoscere possumus. Quare quod
est optimum & facillimum tam præcavendi
medium, mente & voce hanc Davidis preca-
tionem assidue repetamus: *Vias tuas Domine
demonstra mihi & semitas tuas edoce me: diri-
ge me in veritate tua & doce me.* Psal. 24. Ne
permittas unquam Deus Salvator meus, ut
deflectam ab iis aut alia media, aliumque
ordinem ad finem perveniendi meum.

eligam, quam tua mihi consti-
tuit Providentia.

Amen.



TRACTATUS

DE

FIDUCIA IN DEUM

LIBER I.

DE

Fundamentis Fidei in Deum

Prooemium.

Evidentia Providentia divina.

Clemens Alexandrinus l. 5. Strom. ostendit nonnunquam quaestiones proponi quae reprehensione potius quam responsione dignae sint. Talem exempli causa ponit eam qua quis quaereret; an sit aliqua in mundo Providentia nam dubitare de providentia Dei, est quodammodo eam negare, quod nihil est aliud quam portam aperire vitiis omnibus & sceleribus quae fingi animo possunt. Quid erit insipientissime mortalium, an non intelligat admirabilem illum atque perpetuum creaturarum omnium concentum tot tantisque vocibus manifestare hanc Providentiam

quo

quot quantisque dissident districtibus, mira
tamen inter se conformitate qualitatum, o-
perationum, motuum, usus, commodorum-
que ad perfectionem hujus universi? An non
intelligis quod ne fides quidem duæ unius
chelys concordare harmonicè possunt, sine
aliqua Providentia? Qua ratione fieri potest
ut tot res creatæ tamque variæ cœlo terra-
que diffusæ visibiles, invisibiles, frigidæ, ca-
lidæ, parvæ, magnæ, mediocres, vivæ mor-
tuæque & mille aliis inter se discriminibus
differentestam constantem & uniformem
inter se ordinem jam inde à quinque aut sex
mille annorum decursu inviolatum obti-
neant, sine Providentiâ? Recta navigij in ma-
ri gubernatio declarat Navarchi præsentis
industriam. Et mundi hujus tam ordinata ad-
ministratio, de Providentia ejus cujus sapien-
tia provida regitur, dubitandi locum potest
relinquere? Hæc est quæ te manu ducit & sus-
tentat, hæc est cujus beneficio aërem pulmo-
ne attrahis & remittis, hæc Sanguinem venis
tuis suppediat: non nisi ejus munere & gra-
tiâ vivis. Et quærere audes: sitne aliqua in
mundo providentia? De hoc queritur Deus
apud Prophetam Ose 11. *Portabam eos in bra-
chium meum, & ipsi nescierunt, quod curarem*
eos Idcirco hujus operis initium sumo à con-

fiderationibus quæ deducunt nos in cognitionem providentiæ divinæ vel disponunt ad eius ordinem nutumque sequendum; hinc enim mutuare lucem opemque necessariam debemus in exercitio virtutum omnium atque in primis ejus cujus titulum tractatus huic præfiximus. Non enim sine insipientia nota viderer loqui de Fiducia in Deum illis, qui de Providentia Dei nihil unquam didicissent, neque nossent quantum non modo suavitatis & amoris illa habeat, sed etiam quantum virtutis & roboris tribuat ipsi confidentibus. Istud est quod præstare conabor hoc primo libro, divinæ Providentiæ fretus gratia quam imploro, ut quod mihi inspiravit desiderium, benigne promoveat, faciatque me arripere fiduciam erga se, qualem oportet & habere me, & in aliis excitare.

CAPUT I,

Omnes homines desiderant esse beati in hac vita & quo modo id possint obtinere.

§. I.

Omnes homines desiderant esse beati.

Nihil in rerum naturâ tam occultum, nihil tam impervium quàm cogitationes voluntatesque hominum ut recte notat S.

Augu-

Augustinus lib. 3. de Trin. cap. 3. Quid intellectu tam bonorum Angelorum quam Caco-dæmonum perspicacius? nec tamen queunt pervidere eas, sed conjecturâ duntaxat con-jicere. Solus scrutatur corda & renes Deus, quem solum nihil latet, qui intelligit cogita-tiones nostras à longè & omnes vias nostras prævidet, cognoscit omnia novissima & an-tiqua. cui tenebræ voluntatum nostrarum non obscurantur sed nox sicut dies illumi-natur. Psal. 138. Et tamen adjungit idem san-ctus Doctor: quædam est ejusdem naturæ viventis & ratione utentis tanta conspiratio, ut nonnullæ sint voluntates omnium, etiam singulis notæ, si tantillum velint laboris ad-hibere. Nimirum quædam sunt quæ non in-convenienter in aliis de se quisque conjiciat compatiēte vel conspirante vitio seu natu-râ, quam quidem eandem singuli participât; unde non aberrabit multum qui suo alios pede metietur, & a suarum experiētiâ incli-nationum, conjecturam faciet de alienis. In hanc rem Augustinus cap. 3. facetissimam Mimi cujusdam narrat urbanitatem, qui cum promississet se in theatro, quid in animo ha-bere, & quid vellent omnes, aliis ludis esse dicturum, atque ad diem constitutum ingenti exspectatione major multitudo conflue-

B 5

ret,

ret, suspensis & silentibus omnibus, dixisset, perhibetur: vili vultis emere, & carò vendere. Quo tamen dicto levissimus scenicus nescio an veritatem attigerit. Verùm ut Augustinus quoque notat, Mimus ille vel seipsum intue- do vel alios quoque experiendo vili velle e- mere: & carò vendere, omnibus id creditur esse commune. Inveniuntur quippe homi- nes ejusmodi adepti justitiam, ut fraudes om- nes & dolos in commerciis detestentur. largitionis etiam gratiã novimus quosdam emisse frumenta carius & vilius vendidisse suis civibus. Nec sanè verum est omnes velle carò vendere. Quot enim reperiuntur, qui possessiones suas parvo vendant & produ- gunt, & magno pretio hujus & æternæ vita- emant, quæ consumant libidines. At si dixis- set: Omnes beati esse vultis, miseri esse non vultis, dixisset aliquid quod nullus in sua non agnosceret voluntate unde si una omnes vo- ce interrogari possent: utrum beati esse vel- lent, sine ullâ dubitatione, velle, responderent omnes.

§. II.

Quam facile sit beatitudinem consequi.

HÆc Sanctissimus Hipponensium Anti-
thes pluribus prosequitur lib. 10. Confess

cap.

cap. 20. & conc. 2. in Psal. 32, admirabili spiritus eloquentiâ, sed hæc pauca sufficiant ad institutum nostrum quod est demonstrare viam aliquam quâ pervenire possimus ad veram beatitudinem quam omnes appetunt, pauci possident, quia quæritur ubi non est, non quæritur ubi est. Negari enim non potest, sine permagno labore nos posse felices esse, non dico solum in cœlo, ubi est beatæ vitæ ex bonorum omnium aggregatione perfecta possessio, sed in hac etiam vitâ mortali, in qua licet videamur non nisi seminare in lacrymis & in dolore metere & portare manipulos afflictionum; possumus tamen veram & solidam animi felicitatem consequi sine ulla etiam immutatione, diminutione aut jacturâ quacunque, si sincerè velimus. Proposita est omnibus omnium ordinum hominibus nec grandi pretio vitæ beatitudo, non auro, non argento, non amicis, non honoribus, non favore, non sanitate, non scientia, non æstimatione nominis opus est. Unus unicus voluntatis actus heroicus totum est pretium, hæc tota juris est nostri, hujus unius perfectum obtinemus dominium. O beatam conditionem nostram! quam sic inaudito exemplo retinere integram inviolatamque possumus, in ipsis adeo adversitatibus vitæ.

que hujus miseriis, ut semel possessa invitis nobis nullâ inimicâ vi possit eripi, nec accidere quidquam tam insolens, quod nocere, incommodare, aut affligere nos possit. Nimirum: *Non contristabit iustum, quidquid ei acciderit*, inquit verè Sapiens. Nec mirum, accidentia quippe produci & destrui, adesse & abesse possunt, ut Philosophi docent, sine subjecti corruptione, sine læsione substantiæ, extra quam sunt posita. Cum itaque iustus intimo sibi atque ut sic dicam, essentiali fruatur mentis gaudio, quidquid extrinsecus illi advenerit, hanc internam animi pacem beatitudinemque nec immutare nec corrumpere poterit. Hæc est non minus vera quam subtilis & ingeniosa in hunc locum interpretatio Hugonis Cardinalis.

§. III.

Vera Beatitudo Deus est.

Reliquum est ut declaremus quæ sit tandem illa via quæ ad tam beatum statum nos deducat, quo obrento nihil sit quod formidemus, nihil quod desideremus amplius, sed in quo conquirere liceat circumstrepentibus nos malorum turbis, & jucundâ animi tranquillitate perfrui, ne quidquam sævientibus persecutionum procellis. Sancti Patres

Patres vitæque spiritualis magistri de hac materia tractantes consentire in uno omnes, sed diffidere videntur in altero. Unanimes consensu beatitudinis objectum statuunt Deum super omnes res creatas unicè eminentem. *Illud verum est & solum gaudium*, inquit S. Bernardus ep. 114. quod de Creatore, non de creaturâ percipitur, & quod cum possederis, nemo tollet à te cui comparata omnis aliunde jucunditas, mœror est, omnis suavitas, dolor est, omne dulce *amarum*, omne decorum *foedum*, omne postremo, quod cunque aliud *delectare potest, molestum*. At vero in hoc videntur dissentire, quod alii illam formaliter, ut scholæ loquuntur, ponant in timore Dei, alii in amore Dei, alii in cōformitate voluntatis nostræ cum divinâ, quidam in fiduciâ Dei, plures in his omnibus simul. Et quidem difficile est ita uni illarum virtutum deditum esse ut non exerceas omnes, propter mutuum, quo intimè sibi conjugatæ sunt, nexum. Ut ut sit, quemadmodum vanum foret, extra Deum veram felicitatem quærere & conjunctionem quæ cum Divina nobis Majestate intercedit sanctarum exercitio occupationū quibus illi arctissimè adstringimur; ita dubiū non est, quin in omnibus iis hanc beatitudinem inveniamus, in quibus Deus invenitur

& quotiescunque nos illi religiosis mentis exercitiis intimè conjungimur. Hæc divina Unio eodem quasi spiritu cum Deo nos informat, juxta illud Apostolici Cor. 6. *Qui adhæret Deo unus spiritus est.* Ita ut quodam modo infinitas ejus perfectiones participemus etiam tunc, cum maximè disiuncti videmur. Id quod placet, palam facere narratione alicujus historiæ prorsus singularis, cujus post Joannem Taulerum Ordinis Sancti Domini Concionatorem sui temporis, meminit Ludovicus Blosius vir Doctissimus ac Religiosissimus. Illa fundamenti instar erit eorū quæ paulo post dicentur de mediis quibus beati efficimur per voluntatis nostræ perfectissimam cum divinâ Unionem & per heroicam Divinæ Bonitatis fiduciam quæ sane virtus est, cui minus, nisi fallor, tribuere, homines videntur, cum tamen sit nobis maximè necessaria.

§. IV.

Historia memorabilis hominis verè beati.

Celebris quidam Theologus postquam annis octo, continuis petiisset à Deo precibus dari sibi hominem, à quo compendiosam supremæ perfectionis viam edoceret, certus sequi quibuscumque implexam spinis &

sentibus horridam. Accidit ut die quadam in templo huius rei causa persistens in precatione, audiret hanc vocem: egredere & repries quem optas Magistrum. Dicto audiens surrexit è loco plenus gaudio & spe; in egressu ante fores templi hominem offendit mendicum plagis & pedore oblitum, quem promore suo amicé salutans precatur eidem faustum diem, cui mendicus negat se unquam infaustum vixisse. Theologus inexpectato percussus responso, veritus ne sinistré accepisset salutationem suam, repetiit adjungens: Bone vir precor ut te Deus bonis omnibus cumulet. Domine mi respondit mendicus: non memini me ullis unquam malis affectum: hæc illum responsio magis suspensum tenuit; nihilominus suspicatus neutram illum fortasse salutationem recté percepisse, eam paulo immutatam iterat: Ego inquit precor iterum ut tibi vitam fortunet Deus. Et ego, reponit alter, iterum confirmo tibi, nunquam infortunatam duxi. Hic Theologus suboffensus: Et verò, Credo, inquit, vis malorum, quã sustines, tibi turbat mentem: an nondum intelligis quod dico, nunquid non eloquor satis? verbo inquam, Deum precor ut tibi largiatur quidquid exoptas: Domine mi, respondit mendicus, rogo te ne turberis, intellexi satis.

satis, contentissimus sum sorte mea, immo
 feverare tibi possum, habere me non mod
 quæ opto omnia, verum etiam in mundo
 cidere nihil posse nisi quod ego velim. Ob
 stupuit enim verò adhæc collecto paulisper
 animo Theologus & tam inusitatum secum
 mirari respondendi modum, nec satis capere
 quare denuò aggressus hominem ut sui dict
 rationem redderet; videri sibi fassus est, para
 dox a loqui, & incredibile esse quod ad eam
 redactus miseriâ propter quam ab omnibus
 miserrimus meritò judicaretur, solus ipse se
 æstimaret minimè miserum: hoc verò sibi vi
 deri planè contra rationem esse, & commu
 nem mortalium sensum, imò & contra scrip
 turam sacram. Job enim generatim de morta
 libus omnibus loquitur, c. 4. *Homo natus de
 muliere, brevi vivens tempore, repletur multis
 miseriis.* Ad hæc non obmutuit mendicus, sed
 ut erat optimè instructus à Spiritu Sancto
 doctrinam, quam in perfectionis scholâ didice
 rat, sublimem, cœpit Doctori isti tradere
 hanc sententiam. Noveris Domine mi veris
 simum esse, nunquam vixisse me vitam infe
 licem aut malis afflictum aut fortunâ usum
 adversâ, id quod aggredior planius expone
 re, nec hoc tibi paradoxum aut incredibile
 videatur, propterea quod sic semper adstri
 ctus

etus atque unitus uni suum Deo meo, ut non
 nisi unum facere cum Divinâ Majestate me
 putem. Judicia Dei, mea sunt; Cogitationes
 ejus, cogitationes meæ, desideria ejus, semper
 mea: id semper facit Deus, quod mihi placet
 quando facit, quod ipsi placet; quia quidquid
 ipse vult, volo & ego, & si quid nolit, nolo &
 ego: si fame crucior, laudo Deum, qui ita
 vult: si æstus, si frigus me adurit; si imbres, si
 venti, si morbi me invadunt, lætus excipio
 tanquam hospites à Deo missos. Si homines
 illudunt, si me persequuntur: si dæmones
 quoque ipsi in me conspirant, patienter fero,
 immò exulto gaudio, quod Dei voluntas in
 me perficiatur. Illud enim mihi persuasissi-
 mum est, nec homines nec rem ullam crea-
 tam virium in me quidquam habere, nisi
 quando & quantum à Deo accipiunt. Idcirco
 quidquid tandem accidit, nō ad alium quàm
 ad Deum solum refero, à quo quid fieri quæ-
 so potest, nisi optimè? Ego terriæ vermiculus
 qua ratione ausim me opponere Deo Opti-
 mo Maximo, aut contradicere ejus benepla-
 cito? ejus solius manu tactus quid queror?
 Nunquid non ipse creator meus est, & ego
 creatura ejus? Et Deus cum esset æternus, im-
 mortalis, nunquid non dilexit me usque ad
 mortem, & mortem quidem crucis? quomo-
 do

do fieri potest ut tanto me persecutus amor
 mihi velit malè? aut ego ejus erga me veni-
 rans Bonitatem, non excipiam cum gratia
 actione quidquid mihi immiserit, sive san-
 tem sive morbum, sive honores, sive com-
 melias, seu quidquid demum illi placuerit.
 Mala ab ejus sanctissimâ voluntate profecta
 non sunt mala; bona verò quæ aliunde nobis
 obveniunt, nec bona sunt, nec nominari quæ-
 dem bona debent. Quod ad me attinet
 maximis meis bonis numero, posse ejus
 di me bonis carere: bona & mala fortuna,
 prospera & adversa, monstra mihi sunt
 cognita, omnia mihi æqualia, omnia æqua-
 ter mihi à manu Dei profluunt. An non igi-
 verissimum est, nullum me unquam dicitur
 vixisse infelicem, nullis me malis, nullo
 fortunio afflictum, nec affligi me posse quod
 diu retineo inviolabile voluntatis propo-
 tum dudum animo conceptum, illud semper
 sine intermissione, sine exceptione volens
 quod Deus voluerit. Non vulgariter hæc
 cta sunt, subjecit Theologus, eximia hæc su-
 verba. Verùm si decrevisset Deus orco te
 dicere in perpetuum, non fores contentus.
 Addicere orco? excepit alter, Deus, qui
 ipsa Bonitas, detrudere me ad orcum poterit
 nunc censes de infinitâ Bonitate? Verùm

sto, constituerit id Deus; scito tamen superesse mihi brachia duo, alterum profundæ Humilitatis qua me demississimè submitto sanctissimæ ejus Providentiæ, alterum inexpugnabilis Fiduciæ in misericordiâ ejus infinitâ. His ego complexus Deum ad inferos mecum detraherem eligeremque potius apud hos versari cum Deo, quàm apud superos sine illo. Tam præclarè dictis jam dudum rapiebatur in admirationem Theologus, & agebat animo gratias Deo, quod tantopere desideratum atque quæsitum perfectionis magistrum sibi aliquando concessisset. Verùm amplioris ejus cupidus instructionis interrogavit: unde veniret? cui Mendicus; à Deo venio, Deum inquit alter, ubi reperisti? In abnegatione meâ ipsius, respondit pauper, & omnium Creaturarum. Ubi verò eum reliquisti? rogat Theologus. In animo puro atque immaculato, ait, & bonâ voluntate. At dictandem, quælo te, instat Theologus: Tu quis es? quæ tuæ vitæ conditio? Quis sim rogas? subjicit mendicus, quæ mea conditio? scito meliorem esse quàm ut velim cum cujuscunque hominis conditione permutare. Quod si penitus me nosse vis: noveris me regem esse. Rex es tu? excepit Doctor, Tenè ego regem credam, quem video contusi instar serpentis super terram serpere

pere, carne particulatim defluente semine
 gangrænâ adefum, plenum ulceribus, scate-
 rem vermibus? Quis te non potius vivam
 cloacam & cadaver putidum quam regem
 stimet; Attamen si rex es, dic quæso ubi
 regnum tuum? sursum, inquit mendicus
 caelum extollens manum; nec quemquam
 verè regem dixeris, nisi cui Deus & verbo
 scripto promissit fore, ut secum regnet in
 petuas æternitates. Hæc vero omnia, ecquis
 docuit, mi homo? adjecit Theologus; cui
 Hæc me docuit, familiaritas quæ mihi est
 Deo; sic me erudit amor, quo illum com-
 plector, sic me instituit imperturbabilis
 in divinâ ejus bonitate fixam habeo, fiducia
 Hic illorum colloquium utrumque absol-
 batur. Theologus salutato magistro suo
 cessit cogitabundus secumque meditans
 S. Augustini verba cedro digna: *Surgunt mihi
 Et caelum rapiunt & nos cum nostris doctores
 sine corde. ecce ubi volutamus in carne & in
 guine. l. 8. Conf. c. 8.*

✠(✱✱)✠

CAPITULUM

CAPUT II.

Providentia Divina gubernat & ordinat omnia in bonum nostrum : Quæ cogitatio magno nobis debet esse solatio.

§. I.

Sine reâ gubernatione res non subsistunt.

OMnis corporis tam physici & naturalis quam civilis & politici rectus ordo dependet ab unitate sive unione & justâ dispositione eorum qui præsunt. Et sanè quæcunque querelæ, quæcunque dissidia & rebelliones inter membra aut cives extiterê, à divisione capitum & interioris, à quo vim motricem accipiunt & vitam, spiritus inordinatione sunt orta. Florentissimæ Græcorum Romanorumque Resp. intestinâ suorum Magistratuum discordiâ, dissipatæ sunt. Non ferebat hic pacem, nec ille superiorem, quondam dictum est de duobus Ducibus memoratissimis, à quibus potentissima, quæ unquam in orbis terrarum extitit, everia est Respub. Florus l. 4. c. 2. Corpus humanum tanta compactum & multitudine & diversitate organorum, quæ exigunt ad exequendum munus suum, innumerales qualitates, & dispositiones differentes, nimirum duritiem ossium, molliem carnis,

carnis, ebullitionem cordis, cerebri frigiditatem, oculorum caelestem quandam lucem, pedum terrestrem firmitatem & pondus, quod in seipso quoque perpetuum atque intestinum nutrit bellum qualitatum inter se pugnantium frigoris, caloris, siccitatis & humiditatis, hinc inquam corpus tantâ constans partium, humorum, & temperamentorum tam dissimilium varietate, quorum alia aliis sic discrepant, sese invicem corrumpunt ac destruunt, quâ demum ratione potest stare sibi, atque conservari sine influxu & beneficio animæ, quæ illi vires, calorem & motum, sanitatem, motum & vitam subministrat? quæ justâ compage membra colligit, temperat humores, cordi motum tribuit, sanguis replet medullâ, venas sanguine. Hinc philosophus quidam intuitus forte corpus emigrasse sine arteriarum pulsu, sine motu, sensu gravem exhalans mephitum in effluvia vermium & putredinem sensim cedere, dum se fertur: apparet profecto, emigrasse hunc hospitem. Et omnino fateri necesse est, quod cadaver esse in corporibus nostris quo cadaver careat.

§. II.

Imperium Dei quam latè pateat, quàm placidum certumq; sit.

Multò Evidentissimam dicendi rationem habemus, quod grandis ista elementorum massa & tota naturæ visibilis & corporeæ machina in perpetua temporum ac tempestatum vicissitudine tam admirabilem & nunquam interruptam œconomiam retinere sex pene millium decursu annorum non potuerit, nisi supremo aliquo atque sapientissimo administrata spiritu, qui partes singulas omnipotente virtute suâ continet & summo cuncta moderetur imperio. Nimirum, *spiritus intus alit totamque infusa per artus, mens agitat molem & magno se corpore miscet.* Virgil. *Ænei.* 1.6. Ut sapienter canit Mantuanus Vates, qui idipsum didicisse videtur ab ipsamet sapientiâ quæ de Divina providentia haud paulo clarius testatur. *Attingit à fine usque ad finem foreiter, & disponit omnia suaviter.* Sapi. 8. Enimverò infatigabilis hic opifex nullam relinquit sive in cælo sive in terra rem creatam, in qua ejus non occupetur industria, at sine contentione; manus habet tam protensas & digitos tam eruditos & illas nulla res suâ distantia, hos nulla, effugiat

giat suâ parvitate, adeoque nihil minutum
aut vile in quo non laboret artificio inco-
parabili, imo totum agat, quando mini-
videtur attingere: Brachia habet tam exte-
ut amplectatur omnia, tam robusta ut co-
stringat omnia: omnipotenti nutu diriget
gula, & absolutâ potestate per semetip-
regit universa, à summo cælo usque ad p-
fundum abyssi non est quidquam festuca-
jectius quod non subsit ejus providentia
curæ, sine ejus nutu non decidit capillus
capite aut passer in terram, aut capitum
nec folium movetur arboris quin appo-
manum, Quod si tantâ vigilantia & sollici-
dine providet rebus vilissimis, quantâ po-
providere hominibus? an vel cogitari
potest eorum rationem ab illo nullam ha-
ri? an oblivisci rerum humanarum potest
etiam formicarum & muscarum bono
gilat. Ecce, inquit propheta, regius, non
mitabit neque dormiet qui custodit Israël,
merus ossium nostrorum apud ipsum
dinumerat quotidie capillos capitis
nec ullus excidit sine ejus permisso aut
quò decidat. Nonne beatissima est for-
stra sub tali duce & capite tam sapiente,
potente, tam benevolo, quique semel no-
susceptam curam intermittit aut immu-

nunquam? Vigil oculus in regum sceptris
 pingi solitus indicat vigilantiam iis esse neces-
 sariam qui alios gubernant. Et Sanctus Isi-
 dorus Pelusiota de Magistratibus dicit: ep. ad
 Lucium ὁλος ὁ φθαλμὸς ἐφείλει ὑπάρχῃ ὡς
 τὰ ζῶα πολυέματα: Qui aliis præest, totus
 debet esse oculus, sicut mystica Ezechielis
 animalia. Verum quibus hieroglyphicis fi-
 guris aut loquendi modis poterimus vel ad-
 umbrare Dei vigilantiam, qui, ut nonnulli
 scriptores, etiam Ethnici loquuntur, Plin. l. 2.
 c. 7. Totus est visus, totus animus, totus an-
 ma, Sene. in proæ. nat. quæst. in quo pars nul-
 la præter animum est, totus ratio est. Propte-
 rea sicut necessarium est, ut invigilet semper,
 atque sine intermissione se rebus nostris im-
 pendat, ita fieri non potest, ut hæc opera aut
 lassitudinem illi pariant aut tædium; talis si-
 quidem est conditio entis à quo dependet re-
 liqua omnia, quod SS. Patres appellant, ori-
 ginem & centrum omnium entium. Unde na-
 turæ nostræ extrema indigentia continuam
 sui curam ab illo postulat, ipsius autem infi-
 nita perfectio non patitur inde molestiam vel
 levissimam percipere. Nec minorem adhibet
 attentionem in productione formicæ quam
 adhiberet si mundum conderet, nec maiorem
 impendit laborem in gubernandis infinitis

C

mun-



mundis quam in unica conservanda forma
Portat omnia verbo virtutis sue, inquit Ap-
 stolus, Ad Hebræ. i. quo singulari loquen-
 modo significat rationem qua Deus utitur
 regimine creaturarum, ipsi soli propriam.
 Anselmus explicans illa verba, docet, *portat*
omnia, perinde esse ac tenere suspensa ne
 dant, & recidant in nihilum suum: quo de-
 ratur maximæ illa Deo curæ esse. Cum
 addit Apostolus, quod *portat omnia Verbo*,
 sinuat quod sine labore id faciat; quid en-
 expeditius faciliusque substantiæ intellectu
 li quam Verbum oris. Quidam interpre-
 vertunt *nutu potentia sue*, quod longè ma-
 ostendit hanc facilitatem. Theophyl. Com-
 Menoch. &c. Denique Deus ipse testatur
 Proverbiis, cap. 8. se cuncta com-
 quasi ludendo in orbe terrarum, & tam en-
 demus hæc omnia admirabili artificio ac
 prudentia olim condita esse, quæ nunc
 ratione continet & conservat omnia. Ipse
 creaturis omnibus in omnibus operatur
 veniens, concomitans, subsequens, dispo-
 dirigit, ordinat, & subministrat omnibus
 niæ pro beneplacito suo, *Tua Pater Providen-*
tia cuncta gubernat, Sap. 14. ait Sapiens, c-
 cta moderatur, manuducit, movet, & animat
 à supremo cœlestis hierarchiæ Angelo

ad vilissimum terræ vermiculum. In hac fide
 nati sumus, educati sumus & enutriti, & im-
 mori cupimus. Et quis est qui verbo & cla-
 rissimis scripturæ Sacræ oraculis fidem non
 habeat? immò naturali rationis lumini, una-
 nimi sapientum voci, communi populorum
 consensui, consentienti omnium seculorum
 vetustati? An non sunt hæc omnia amplissi-
 mæ instar Academiæ Doctorum, qui diversis
 modis eandem doctrinam tradunt, quod
 Deus unus sit qui gubernat omnia, qui dispo-
 nat de omnibus, qui intendat omnibus quæ
 ad nos pertinent? Nihil est certius, nihil fir-
 mius hac veritate. Nec solum substantiæ ra-
 tionis compotes hanc nobis annuntiant, sed
 creaturæ omnes sensu ac ratione carentes tot
 vocibus edisserunt, quot sunt distinctæ vo-
 cabulis & tanto veritatem hanc splendore il-
 lustrant, ut nec lucidissimus mundi oculus
 clariùs cælum terramque illuminet, quam il-
 la hoc universum, nec sol ipse suis magis, qui-
 bus cingitur, radiis, quàm hac veritate ful-
 geat.

§. III.

*Bruta anteponenda hominibus, qui hac cogni-
 tione carent.*

HÆc cogitatio Divinæ providentiæ fons
 est, unde manat nobis consolatio omnis

in nostris miseriis, adeo ut optabilius fore
vitâ carere quam istâ cognitione in totu
tisque, quibus expositi sumus corporis &
mi malis tam inopinatis, diuturnis, aspe
quibus ferendis nec vires suppetunt, nec
tandis sufficit omnis prudentia nostra. No
litas generis nostri, qua superamus be
quid nobis prodesset? Quid confert diade
regi in carcere devincto, nisi quod eum
ceteris incarceratis miserabiliorem red
Imò illarum conditio tanto esset optabi
nostrâ, quanto nostra illorum conditio
gnior. Vultis ut hoc paucis confirmem?
ta animantia & paucis aguntur cupiditatibus
& per paucis ad vitam necessariis indig
Non rimantur viscera terræ ut effodiant
irritamenta malorum, non maria navig
non obeunt regna nec regiones percurre
ut alimenta conquirant. Solum nullum
tam sterile quod ad pastum illis non suffi
& si habeant, unde famem expleant, am
us non requirunt. Persecutiones raras &
stes paucos patiuntur, ideoque iniuriarum
damna pauciora: nostris ferme morbis
gritudinibus carent, proinde nec remedia
indigent aut medicinis, quæ ipsis sæpe
bis sunt molestiores. Lectus illorum & se
sus semper paratus: mensa ubique strata

alienis se ornamentis vestiunt, nec peregrinis
utuntur deliciis. iis quæ natura ipsis suppeditavit, vescuntur. Et tamen constat non pauca animantium multo diutius vivere quam homines. Hæ sunt prærogativæ generis nostri quibus vincimus bestias & ab illis differimus. Mollities naturæ nostræ ut delicatior nos facit, sic & egentiores & Tantalò cupidiore. Unde & sexcentis rebus nobis opus est, quarum si quid desit, continuo miseri sumus. Præterea quemadmodum bruta multorum bonorum incapacia sunt, ita & expertia sunt multorum malorum, perire illis pauca possunt, nec his ipsis præposterè adhærent; cum moriuntur, omnia in illis moriuntur; non timent judicem cui rationem vitæ suæ reddant, non cogitant unquam de morte, nisi cum oppetenda est: nec apprehendunt nec sentiunt quidquam mali nisi præsens; præteritis aut futuris non tanguntur. E contra homo possidere potest bona numero & varietate infinita: illis usque ad insaniam nonnunquam est addictus: Si non habet, perditè appetit, si habet, moritur timore perdendi. Et quemadmodum delectari potest omni genere bonorum, ita & contristari omni genere malorum: memoria affligitur eorum quæ passus est, & imaginatione aliorum, quæ putat

tat imminere. Terrores quos credebatur
experiatur, sæpenumero molestiores
intolerabiles, quàm mala ipsa quæ
immò non rarò fit, ut quod quis malum
aut futurum non sit, aut longè remotum
omnino sit impossibile. Hæc est subtilitas
genii humani atque imaginationis, quæ
to miserabiliorem hominem reddit, quæ
esset, si minus esset perfectus. Bruta
tantum præsentibus subiecta sunt, at
miseriam suam renovat & auget etiam
meditatione præteritorum & præoccupat,
futurorum, quæ nunquam fortasse eveni-
imò ne evenire quidem possunt. Vide
nobis præstent egregiæ hæ facultates,
memoria, iudicium, provisio & præmeditatio,
quibus gloriamur nos excellere præ
beastis, cum hinc potiùs nostra conditio existat
pior quàm illarum, magnitudo dolorum
strorum crescat, afflictiones nascantur
tempus, & mille mortes sequantur pro
Porcellus Pyrronis manducabat securè
vi dum homines gravi tempestate jactati
ne moriebantur timore ne fluctibus ha-
rentur. Laërt. in Pyrrone. Quis est ergo
non mallet in quacunque aliâ creatura
serie censeretur quàm hominum, nisi super
nobis certa cognitio atque consideratio

quæ non patientiam modo nobis donet, sed pariat etiam gaudium in afflictionibus nostris? *Infelix ego homo*, exclamat Apostolus, *quis me liberabit de corpore mortis huius*? Quis me eripiet infortunatum de miseriis, de necessitatibus meis quibus undique cingor circum latrantibus, velut famelici pueri circumdant matrem ejulantes & alia ex aliis postulantes, quibus tamen nunquam explentur?

§. IV.

Bonitas Dei erga nos.

AD hæc omnia respondeo posse nos non solum sublevare mala vitæ nostræ, sed etiam convertere in bona inæstimabilia, attentâ cogitatione providentiæ Dei nos gubernantis, nec tantum necessitatibus nostris & afflictionibus fiet satis, verum etiam cumlabimur gaudio, si consideremus quàm paterno nos dilexerit affectu Pater æternus, *qui etiam proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum*, qui protestatur per Prophetam suum quod in omnibus quæ operatur quæ donat nobis, quæ ordinat de nobis, semper spectet bonum nostrum. Si præterea attendamus ad immensam Filii Dei charitatem, qui tam liberaliter obtulit se pro nobis,

ut daret percutienti se maxillam, saturam
 opprobrii, felle & aceto potaretur, denique
 miliaret semetipsum, usque ad mortem, m
 tem autem crucis plenam ignominiam & do
 ribus gravissimis, ut sui contemptu & con
 melius quas sustinuit, nobis immortalem
 riam, suis angoribus & tristitiis gaudia no
 mereretur æterna. Hujus divini in nos an
 ris secturi, quæ fieri potest, ut mala quæ p
 mur, male æstimerimus? Quin potius in
 beati sumus miseriis. Nisi forte dubitare
 sumus, an Deus tam plenus amore nostri qu
 sua bonitate, procurare velit bonum not
 quasi verò ejus castigationes non sint am
 indices, & testimonia suæ in nos benevol
 tiæ, si eo, quo par est, animo à nobis excep
 tur. Quæ major esse potest animæ Deo de
 ræ consolatio quam indui insignibus Dom
 sui regis atque sponsi, si his eam hono
 dignetur, & audire ab illo hæc plenissima
 moris verba.

§. V.

Oratio Dei ad animam afflictam.

Non ignoras, dilecte Theotime, quod
 sim Deus tuus, creator tuus, salvator
 quod in manu mea sit cor tuum; quod p
 bea

beatam aërem pulmonibus tuis ad respirandū,
 & panem ad manducandum: per me clemen-
 ta, astra, & Angeli serviunt tibi, tui causa cæ-
 lum terramque condidi & omnem ornatum
 eorum. Neque hoc satis est: nosti quod amore
 tui factus sum *vermi opprobrium hominum,*
 & *abiectioni plebi*, natus in stabulo, mortuus in
 cruce, castigatus suppliciis omnibus quæ
 peccatis tuis tu ipse merueras. Et adhuc co-
 gitare audes quod malè tibi velim? postquā te
 pavi sanguine meo, nutriti, carne mea, post-
 quam tibi dedi corpus meum, animam meā,
 vitam & divinitatem meam; quid tu à me am-
 pliùs potes sperare? quæ ego luculentiora de-
 ditissimæ tibi voluntatis meæ & amoris dare
 potero argumenta? Noli ergo putare quod
 afflictiones, quas sustines, ex aliquo tui odio
 à me proficiscantur, quod illas tibi immittā,
 ut te opprimam ac perdam; immò verò illas
 eodem dono affectu quò tibi vitam donavi,
 iisdem manibus quas pro te in cruce extendi
 clavis perforatas. Quod si me Dominum ac
 magistrum tuum oportuit pati & ita intrare
 in gloriam meam, credisne te intraturum in
 alienam sine perpeffione adversitatum? An
 securiorem tibi viam monstrare, certiore
 potero januam aperire, quam qua ipse ingres-
 sus sum ante te? nonne vides quanto labore

& sudore, quanto cum vitæ periculo melles bona conquirant temporalia, fluxa, caeca? Quod si nemo coronatur in terris nisi legitimè certaverit atque vicerit, tu sine tamine coronari vis in cælis? Et illi quidem agone contendunt pro corruptibili coronæ tu verò pro immarcescibili. An forte thesauri tibi coronæ pretiosiores videntur quæ cælestes, circi digniores palmæ quam cœlestes? Si compassus fueris & conregnabis, si fors extiteris dolorum, eris etiam particeps gloriae, non aliter. Si quid esset melius quam afflictionum tolerantia, ne dubites quin te fecissem participem & ipse prius elegi *cum in terris visus sum, & cum hominibus versatus*; Verùm nihil vidi certius, nihil editius ad consequendam felicitatem bonorum omnium aggregatione perfectam quam tolerantiam adversitatum; idcirco illas tibi idem impertio manu, quæ ipse suscepi. Ego sum qui tuis negotiis difficultates impertio, ego sum qui amarum tibi calicem potationis, meo nutu & consilio adversa tibi adveniunt; noli accusare fortunam reclamantem conscientiam tuam, non enim ignoras nihil evenire, nec fortuitis eventibus locum esse meæ gubernatione. Noli accusare astra elementa; creaturæ sunt innocuæ, sunt

potestatis instrumenta quibus utor pro bene-
placito meo. Noli accusare homines aut dæ-
mones, illorum mala voluntas nocere tibi
non potest, vires eorum, meæ sunt, nec pro-
desse possunt nisi quantum mihi placuerit,
nec obesse, nisi quantum illis à me permis-
sum fuerit, nec eas unquam exserunt nisi ex
præscripto meo & prius obtentà à me faculta-
te. Itaque mihi uni adscribe quidquid à re-
bus creatis pateris: morbi tui, necessitates
tuæ, injuriæ, jacturæ ab eodem sunt à quo
tu ipse primum conditus es, qui te inculpavit
cordi tuo & in manibus suis descripsit te. Isai.
99. Hæ sunt blanditiæ quibus Pater meus cæ-
lestis dignari solet filios suos præ cæteris di-
lectos, hæ sunt spinæ coronæ meæ, hæ sunt
reliquiæ crucis meæ, quas amicis meis inti-
mis distribuit, ista sunt pars calicis mei quem
mihi propinavit & tractum exhaurire jussit
usque ad fundum multo amariorem, quàm
dedit ulli Martyrum vel omnibus simul, ni-
mirum ego eram primus & carissimus filio-
rum omnium.

§. VI.

Responsio animæ resignatæ & fidentis Deo

Quis est qui non continuò respondeat
huic divinæ orationi in hunc sensum:

C 6

111

Ita Pater, quoniam sic placitum fuit ante
 Dominus meus, & Deus meus: Fiat volun-
 tua, hoc opto, hoc desidero, hoc rogo ex
 corde: statutum est mihi in omnibus & per
 omnia sequi ductum tuum. Quia tu vis me
 tui, volo & ego; quia tu sic ordinasti, sic dispo-
 fuisti res meas & non alia ratione, quæ
 esset commodior, assentior tibi Creatori
 atque omnino submitto me voluntati
 cum perfectâ conformitate voluntatis me
 benedico te Deus meus atque laudo totum
 nimum affectu quod sic placitum fuerit Divi-
 Majestati tuæ. Eam habeo repositam fide
 ciam in divina bonitate tua & amore infinitum
 cuius argumenta expertus sum innumera
 probatissimaque, ut non sinat animum meum
 contradicere tuo, nec persuadere mihi aliter
 quam tibi placuerit. Sicut creasti me eo
 ut me aliquando bonis cumulares verissimum
 ita firmissimè teneo quod conserves me
 eodem semper proposito: Et quidquid me
 nunc tribuis sive divitias sive paupertatem
 sive honores sive contumelias, sive san-
 tatem sive morbos, omnia hæc credo à Divi-
 tuâ providentiâ eo promanare ordine, quo
 me quam suavissimè ad obtinendum tam
 celsum finem quasi manu ducant. Verum
 tametsi non essem conditus ad excellen-

spem boni, possemne adhuc aliud velle quod
 à tua voluntate discreparet? ea siquidem est,
 in qua summum bonum meum colloca, &
 sine qua æstimo nullum bonum esse posse.
 Paradisus meus est facere quidquid vis à me
 fieri, & inferno damnatorum intolerabilius
 mihi esset, vivere meo sensu & ductu sine di-
 rectione & beneplacito divinæ Majestatis
 tuæ, Sic sentiunt, sic loquuntur qui se divinæ
 Providentiæ totos committunt: certoque
 sibi persuadent, illam esse Principem ac ve-
 rissimam causam omnium quæ in mundo
 accidunt, vicissitudinum, illam moderari se-
 ries temporum & tempestates annorum, in-
 ducere abundantiam & sterilitatem, pluvias
 & serenitatem, honores & opprobria, illam
 prævidere negotiis nostris, dirigere cursum
 eorum & determinare successum pro ut ipsi
 placuerit, Possuntne hi mali quidquam for-
 midare à tam munifica manu? Deus adeo bo-
 nus est, SS. Patrum sensu, ut solus nullius in-
 digus pro se, perpetua operatione extra se
 producat bona innumera, & ut loquitur S.
 Dionysius *de divin Nomin. cap. 13* ὑπερβαζον
 κατὰ τὸν ὑπερπλήρη καὶ ἀνελάνθητον κοῦραν
 τελεία πάντα τελεσθεργεῖ. tam magnificus ut
 res omnes ad perfectionem perducatur inimi-
 tabili ac inaccessibili liberalitatis suæ supera-
 bua-

bundantiâ. Et Philo Judæus adjungit quod
Deus nec bene operando unquam fatigetur
nec benefaciendi ullam prætermittat occa-
sionem.

CAPUT III.

Consilia Dei occultissima, nobis tamen salu-
taria, quibus repugnare grande est mu-
lum

§. I.

Consilia Dei occultissima.

O Altitudo divitiarum sapientia & scientia Dei : quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius & investigabiles viæ eius, ex-
mat Apostolus Rom. II. in hominum prædestinatione, quâ Deus ab omni æternitate ordinavit statum omnium in communi & singulorum in particulari. Verum non incongruè eadem explicare possumus de executione illius æterni decreti & admirabili modo quo utitur Providentia hujus magni Patrisfamilias in regimine domus suæ quæ est Ecclesia, & gubernatione filiorum suorum qui præcipue sunt omnes Christiani; hi enim imprimis ad eum pertinent non solum ut creaturæ, ut subjecti, ut servi, ut officiales, sed etiam ut hæredes legitimi, ut vivæ ejus Divi-

nitatis imagines, ut fratres Filij eius primo-
 geniti, cum quo societatem habent naturæ
 & sanguinis, adeoque ad Patrem æternum
 recurrere possunt cum amore & fiduciâ filia-
 li velut ad Patrem suum, quemadmodum &
 iussi sunt, preces quas illi fundunt, hac sacra-
 tissimâ præfatiuncula inchoare: *Pater noster*
qui es in cælis. Jam verò quis poterit cognos-
 cere sensum Domini & ejus consilia nosse
 quæ habet de omnibus & singulis? Quis ape-
 rire arcana ejus judicia, quibus regit paternâ
 Providentiâ familiam suam & perducit om-
 nia ad finem à se intentum? Fateamur necesse
 est vias ejus adeo abstrusas esse ut omnibus
 sint incognitæ præterquam ipsi soli. Nemo
 alius aperire illas & ratione docere sufficien-
 ti poterit: Idcirco eas rectè nominare possumus,
 altissimas, inscrutabiles, incomprehen-
 sibiles. *Numquid nosti ordinem Cæli*, dicebat
 Deus servo suo Job, & *pones rationem ejus in*
terra. cap. 38. Ubi per ordinem cœli, ut notat
 Greg. Mag. designatur nobis series providen-
 tiæ Dei in suarum directione creaturarum, in
 distributione gratiarum, donorum, statuum,
 & diversarum conditionum quas partitur in-
 ter homines, hos vocando ad tale officium,
 alios ad aliud, præscribens iis leges & regu-
 las vivendi omnino oppositas. Quosdam
 vult

vult nasci parentibus pauperibus, ignotis
 contemptis ab omnibus; vivere terræ fili
 inglorios, obscuros; alios è contrà produ
 velut orientes soles, collocat in luce omni
 gloriâ extollit & pompâ, qui simul ac im
 rescunt; reges nominantur, nonnunqu
 prius etiam coronantur quam nascantur,
 contigit Regi Sapor. *Salvia lib. 3. de gub.*
Dei Iste valetudinem sortitur sanam &
 bustam, ille infirmam & morbidam. Hic
 tera pusillus est, iste procerus, alter medi
 cris, ille Gallus, iste Hispanus, lenis hic &
 vis moribus, ille asper & immitis. Vnus pa
 datus, alter rogatus, alius in matrimonio,
 lius in cœlibatu vivit, ille ingenij subtili
 perspicui, iste obtusi & hebetis.

§. II.

Via Domini suaves & efficaces.

PRæter hanc ingeniorum & comple
 num conditionumque varietatem
 inæqualium, alia observatu digna est divi
 fitas, quæ sensim nos deducit ad cognosc
 dam plenius illam admirabiliter operatri
 dexteram omnipotentis quâ creaturas
 gubernat virtute tantâ & efficaciâ, nihil
 ei resistat, tantâ simul facilitate, ut nulla
 sentiat molestiam. Unde putas, evenit, aut

Gregorius, quod nonnemo nihil aliud suspirans, nihil aliud quærens quam procul à turbis vivere in quiete, involvatur tamen tot tantisque negotiis & occupationibus ut extricare se nullo modo possit; alius verò qui ad res gerendas & vehementer propendet & à natura aptissimus est, vitam inertem agat in otio quod ejus operâ nemo utatur. *Greg lib. 29. moral. cap. ult.* Unde contingit quod plures officium aliquod avidissimè ambiant quod obtinere non possunt, alijs idem offeratur qui suscipere nolunt, alijs qui tenent, deponere non licet. Quàm multi inveniuntur qui de subeundo matrimonij jugo ne audire quidem sustinent, coguntur tamen subire; alij illud non refugiunt, sed quærent, quibus tamen in cælibatu continenter vivendum est alium dignitates fugientem prosequuntur, alium fugiunt prosequentem. Est qui optat Religionem ingredi sed quâ è mundo egrediatur non invenit, alter servire mundo desiderat, qui non habet, ubi pedem figat, ideoque cogitur deserere. Cui possumus tam miræ dispositionis causam adscribere, nisi infinitæ Dei Providentiæ, qui disponit res omnes & ordinat tam diversis modis ejusdè naturæ homines, cujus ipse solus & rationem novit & reddere potest. Atque ut clariùs intelligi-

telligamus ejusmodi eventus ad divi
consilium referendos esse, sicut & ipsas in
nationes, licet his contrarium, legimus
Evangelicâ Historiâ: cum quidam, à quo
sus legionem dæmonum ejecerat, eum
precaretur, Marc. 5. & Luc. 8. *ut esset cum
non admisit illum, sed ait illi: vade in domum
tuam ad tuos & annuntia illis quanta
Dominus fecerit &c.* Matth. 8. Similiter re
sus est quidam Scriba volens Christum
Luc. 9. è contra alium iussit se sequi, ne
misit primum ire & sepelire patrem suum
renuntiare his qui domi sunt. Quis nun
plicet cur ita se gesserit Dei Filius circa
tam diversimodè illos ultro rogantes ex
dens, alterum tergiversantem admitten
sui societatem. Temeraria esset & sacrile
curiositas postulare à Deo rationem fru
rum suorum. *Quis dicere potest: cur ita?*
inquit S. Job. Nunquid longè satius est,
venerari arcana divinæ Providentiæ con
ejusque inspirationes cognitâs promp
qui in quo defecit posterior, magis aff
bonis temporalibus quàm æternis, præfer
rationem suorum parentum vocationi di
næ. Nunquid multò consultius est, quid
nobis acciderit de paterna ejus manu
animo accipere velut commodissimum

bus nostris, cum certa persuasione nos ab eo regi infinitâ Sipientiâ, æquitate justissimâ, amore supremo, adeo ut nullus Pater, nulla mater secundum carnem; unquam habuerit tantam sollicitudinem pro bono filiorum suorum, quos tamquam viscera sua tenerimè diligebant, quantam Deus habet curam profectus nostri, incrementi rerum nostrarum, commodorum atque emolumentorum.

§. III.

Verba Dei amore plenissima.

Audite me, inquit Deus per Prophetam, Isai. 46. *audite me domus Iacob, & omne residuum domus Israel, qui portamini à meo utero, qui gestamini à meâ vulvâ, usque ad senectam ego ipse & usque ad canos ego portabo ego feci, ego feram, ego portabo & salvabo* Et alibi 49. *Nunquid oblivisci potest mulier infantem suum, ut non misereatur filio uteri sui? & si illa oblita fuerit, ego tamen non obliviscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te* Et iterum alibi Jerem. 31. *Si filius honorabilis mihi Ephraim, si puer delicatus: quia ex quo locutus sum de eo, adhuc recordabor eius. Idcirco conturbata sunt viscera mea super eum miserans miserabor eius. Diseres Patrem loqui, qui in-*
fa

sano amore diligit filium suum in quod
cogitationes omnes, affectiones, consolati-
onesque perpetuo defixas habet, sine quo
videre quidquam delectat, nec delectari
bet nisi cum illo, de quo cum loquitur,
amore excœcatus nescit quid dicat.

§. IV.

*Quidquid nobis acciderit, tanquam optimum
de manu Dei accipiendum.*

ET dubitabit adhuc quisquam de tam
regulari Dei in homines charitate? an
re poterit ne scorpionem ab eo accipiat
ovo aut pro pane lapidem? Aut quis aude-
bit murmurare & queri de infinita ejus boni-
& sapientia quod inæqualiter bona huius-
modi dispertiat, sciens id non improvidè ab-
fieri, sed spectari majus bonum cuiusque
quod semper intendit. Quid ergo refert
unus præ altero honoribus excellat in
mundo, ille sanitate gaudeat, iste morbo
flagatur, alius divitiis affluat, alius pauper
prematur & inopia? *Hæc omnia operatur
atque idem spiritus dividens singulis
vult*, ut in re simili pronuntiat Apostolus
non enim alium finem respicit Deus in
suorum distributione bonorum quam
sectum & emolumentum nostrum, in

constituit gloriam suam. Hinc à Deo optima-
 ximo non nisi maxima dona recipimus. Id-
 circo vocatur à Theodoro : *oratione de*
fide Θεὸς μέγαλόδωρος. Et à Philone Judæo
Philo de plant Noe. φιλοδώρος ἀνεπαύτως ἀ-
τας τελειότητος τοῖς εὐδαιμονεῖσι. Si bona,
 inquiebat Job, *suscepimus de manu Domini,*
mala quare non suscipiamus? Job. 2. Quæ ra-
 tio à mundanæ Philosophiæ sensu videtur
 abhorrere. Sed innuere voluit vir sanctus ut
 quæ bona à creaturis nobis obvenierunt, ea
 consideremus quæ & qualia sint, & quo mo-
 do donata, nam verè vanitati inconstantia-
 que subjecta sunt. Unde Philosophus Seneca
 Epist. 4. prudenter monet. *Noli huic tranquil-*
litati confidere momento mare vertitur & eo-
dem die, ubi luserunt navigia, serbentur. Non
 sic Deus agit nobiscum, procul ab illo ludi-
 cra beneficentia : non benefacit nisi ut me-
 liores nos faciat & perfectiores quàm simus;
 id quod sufficere nobis debet ut certò nobis
 persuadeamus ejus nutu & consilio accidere
 nobis omnia, tam pacem quàm bellum, tam
 contumelias quàm blanditias, tam inopiam
 quàm abundantiam. Omnia hæc ab uno,
 quia omnia ab eadem manu proficiscuntur.
 Sæviat, inquit S. Augustinus, quantum vult,
 Pater est; sed affixit nos, sed contrivit nos;
 Pater

Pater est. Certus sis quod hic rigor non
 cetur à tali Patre in filios suos nisi ad
 emolumentum illorum. Quare si bona
 largitus est nobis, læto animo percepim
 cur non eodem mala quæ immittit, susce
 mus? nam utraque tam mala quam bona
 ciunt ad beatitudinem nostram, quan
 ipsa æternitate nobis desideravit & ad qu
 in tempore cooperatur nobis Deus: H
 meo iudicio sensus illorum Jobi verbor
 Si bona suscepimus de manu Domini &

§. V.

Consolatio egestate laborantium.

Verum pauper es! Deus sic voluit, for
 si dives esses, te perderes. Rogo te
 sedulo ne quid attentes contra divina
 videntia dispositionem: Si abjicere vis
 statum in quo vivis, vide ne cœlum per
 Considera quæso, omnes illos qui per
 nefas contra Dei voluntatem divitias co
 serunt, ubi modo sunt? Ad quam fortun
 tandem redacti sunt? *Vbi sunt Principes*
tium, quærit Propheta Baru. 3. *qui argen*
thesaurizant, & aurum in quo confidunt
mines, & non est finis acquisitionis eorum.
argentum fabricant & solliciti sunt, nec est
ventio operum illorum? ubi sunt Anthro

phagi illi & sanguisugæ qui impinguati sunt
 sanguine pauperum & medulla viduarum
 atque orphanorum quos devoraverunt? Ubi
 sunt exactores iniusti & quæstores potentes
 & docti ad prædas, ad rapinas & oppressio-
 nes populi: qui alienis bonis ditant filios
 suos? ubi sunt crassi illi & cræssi? *Exterminati
 sunt*, subdit Propheta, *& ad inferos descende-
 runt*. Fuerunt olim opulenti & celebres ut a-
 lij, sed modo sermo nullus de iis. Terra ex-
 cussit illos & absorbuit tartarus. Volebat
 Deus ut essent pauperes, nam præclusit illis
 omnes aditus ad divitias iuste perveniendi,
 at illi pertruperunt omnia contra jus omne
 repagula, invito Deo divitias accumularunt,
 mediis usi sunt divinæ voluntati & providen-
 tiæ contrariis. Quid tandem illis evenit? Ter-
 renas opes obtinuerunt; ita est; sed cœlestiū
 rorum gratiarum sibi obstruxerunt: Cogita-
 tiones Dei benevolas verterunt sibi in iram
 & indignationem, subtrahendo se misericor-
 diæ ejus inciderunt in vindictam justitiæ.
 Numquid melius illis fuisset, si fuissent egen-
 tiores Jobo sedente in fimeto, si pauperiores
 Lazaro mendicante ad fores divitis Epulonis
 it nunc gaudiis fruerentur Paradisi, quam
 post acquisitas divitias & obtentas hujus vi-
 æ delicias sepeliri in inferno: *ducunt in bonia
 dies*

dies suos & in puncto ad inferna descendit
dixit Job, ut habitent cum demonibus, &
damnatis in ardoribus sempiternis. est, v
quie
con

§. VI.

Solacium in sciitiâ laborantium,

Non excellis ingenio, ut alij, proinde
doctrinâ, neque industriâ & peritiâ
ministrandi negotia tua. Hinc doles, hinc
gemiscis, nec vana suspiria contines qui
rumpant in voces: O si haberem tam
ingenium, si scirem tantum quantum
essem qualis est ille! Eja mi homo nescis
petas. Istâ ingenij tui tenuitate cœlum
beris, perditurus si plus haberes. Hoc p
dit Deus cū conderet Deus animam
cū Corpus tuum formaret, cū huius
lucis usuram donaret, acquiesce igitur
luntati Patris tui cœlestis qui tam sincere
tenero te dilexit affectu, qui ita te con
ut sciebat expedire ad salutem tuam. De
obsecro, tuum quo teneri te par est, de
rium tuam sanctissimæ ejus conform
voluntatem. Responde illi cum Filio
Domino ac magistro tuo Ita Pater, qu
sic placitum est ante te Pater mi, Domine
mi Deus, quia vis me rudem, me inop
abjectum, volo & ego rudis, indoctus

deserens contemptus esse talis sum qualem esse me
monitis, nec esse alius appeto, hæc mea perfectio
est, velle quod vis; tum demum velut in suo
quiescet animus centro, cum tuæ, mea fuerit
conformis voluntas.

§. VII.

Solacium ab hominibus contemptorum.

Villis est hominum de te existimatio,
non æstimaris pro meritis tuis? Hoc te
cruciat. Velles honorari à civibus, cō-
suli ab extraneis, diligi à magnatibus, coli à
parvis, eminere in populo, colligere favores,
applausus excipere plena manu, auctoritatem
obtinere inter omnes. Hæc tu optas, et ego
dico tuam te ruinam optare. Nam si exiguus
ille honor qui tibi defertur, modo te sic inflat
nimia tui ipsius æstimatione, ut ferendus non
sis; quid fieret si excelsio loco sita esset laus
tua, si volitares per ora hominum & celebra-
re multitudinis voce, Angelis & homini-
bus intolerandus esses: Demum Deus læsa
patientia ob fastum tuum cogeretur detra-
here te ab isto honorum fastigio atque præ-
cipitare in abyssum opprobriorum peren-
nium cum superbis Angelis eorumque com-
plicibus. Agnosce igitur modicum illud hu-
ma-

D

ma-



manæ æstimationis tui quod habes, inamabilem esse favorem creatoris tui, & ætium charitatis ejus qui tibi vitam donavit ut te servaret, non ut perderet. Si judicet ille majora talenta & eminentiores perfectiores tibi esse ad salutem necessarias, cumque jus manu cuncta sint posita, & qui te amplexatus est infinito, ea profecto non detraxisset. *Qui enim proprio Filio suo non perdidit ut recte argumentatur Apostolus Roman. 8. sed pro nobis omnibus tradidit illum, qui non etiam omnia nobis cum illo donavit.*

§. VIII.

Constantia Socratis.

EX antiquis Philosophis celeberrimus Socrates cum adstaret in conspectu judicum à quibus decretoriam expectabat mortis sententiam, his fertur verbis eos allocutus, *Quibus hoc caput concludam. Plato in apol. Socr.* Si mihi hodierna die diceretis, Judices, libertati tuæ te restituimus, sed illa conditione, ut quam hactenus tenuisti mordicam opinionem, deseras, nec nostros argueris præsumas, nam mihi ridiculi videremini. Si enim Imperator vester certum vobis locum assignasset in prælio, profecto vitam potius

deberetis, quam stationem, deferere. Et me
quidem Deus iussit hic consistere, & quam
vitæ rationem teneo, præscripsit, an ab ea vos
me potestis deducere? O Criton Criton, si
hæc est voluntas Dei, est & mea. Anitus &
Melitus me necare possunt, nocere non pos-
sunt. Deum immortalem! quam homo iste
divinè locutus fuisset, si præter naturale lu-
men rationis, quo erat præditus, habuisset &
fidei supernaturale. Si cognovisset Deum non
solum ut naturæ suæ conditorem, sed ut re-
paratorem etiam ac Redemptorem immenso
plenum nostri amore, quem testatus est tam
huculenter, & testatur quotidie paternâ quam
gerit nostri curâ. Discamus vel ab Ethnico
hanc conformitatem voluntatis nostræ cum
divinâ.

CAPUT. IV.

Quomodo Deus unumquemque deducat
per viam salutis suæ: & quid faciendum ut
eam cognoscamus & sequamur.

§. I.

Consilia Dei occulta & sanctissima.

Scriptores sacri de Deo tractantes sensu al-
legorico & captui intellectus nostri accõ-
modato, tribuunt illi corpus, caput, oculos,

brachia, manus, cor, viscera, imò & capilli
 quos modo dicunt nigros instar corvorum
Cant. 5. modo albos instar nivis aut le-
 mundissimæ. *Apoc.* 1 Per capillos doctissimi
 Theodoretus in *Cant.* 5. significari vult
 cia Dei, quæ sunt purissima, sanctissima-
 rissima, & justificata in semetip[s]a, ut *Ps.*
psal. 18. loquitur. Atque hæc prima primo
 sunt quæque probatione aut illustra-
 non indigent, quamquam primo statu
 pectu videntur esse omnino obscura, pro-
 da & inexplicabilia. Verissimum enim
 nobis rationem reddi non posse cur inter
 mines ejusdem naturæ ac conditionis,
 jusdem prototypi imaginem creatos, ali-
 perent, alij pareant, illi clavum teneant
 stivam, hi lacernâ & centonibus, isti pur-
 & bysso vestiti: alij in Repub. obtineant
 cum pedum, velut fæces populi, quisque
 urbis, totâ vitâ volutentur in cæno & in
 bus, alij in ea emineant velut oculi, cere-
 lingua: ceterorumque magis nobilium
 ctiones membrorum obeant in gubernatione
 ne politici corporis. Hæc occulta & insen-
 bilia sunt judicia Dei per capillos nigros
 umbrata, Aliunde tamen, quia novimus
 nitam Dei in omni genere perfectionis
 sanctitatem, dubitare nullo modo possit

quin hæc officiorum statuum & functionum
 quas hominibus distribuit, tam differentium
 partitio sit sanctissima, iustissimaque consilio
 prudentissimo atque incomparabili facta.
 Cum enim Deus sit ipsa iustitia, sapientia, &
 sanctitas essentialis, nihil potest nisi iustissi-
 me, sapientissime, ac sanctissime facere, Cum
 verò consideramus divinam misericordiam
 atque bonitatem, quæ infinites excedit om-
 nem intelligendi vel eloquendi vim nostram
 possumusne nobis persuadere à Deo immen-
 sæ charitatis fonte quidquam posse proma-
 nare in ruinam aut injuriam suarum creatu-
 rarum in primisque hominum quos vivas sui
 imagines agnoscit, in quibus tam eximia de-
 pinxit divinitatis suæ lineamenta? Possumne
 credere Patrem amore affectuque tenerissimo
 complectentem filios suos, repente tyrannū
 existere in aliquem illorum, destituendo in
 miseriarum foveam delapsū, & non potius
 succurrere ut, ad quē genuit, finem assequa-
 tur? *Numquid enim vanè constituisti omnes fi-
 lios hominum?* quærit psaltes; nunquid fortui-
 tō & sine consilio, o Sapientia increata, dedi-
 sti mihi hanc animam, aptasti hoc corpus, u-
 triusque naturam sic conformasti? Nunquid
 casu factum, quod vitalem auram hausimus
 tali loco ac tempore, talibus parentibus, do-

no, cognatione, tali indolè ac complexio-
 quibus inter se homines mirabili varietate
 differunt? Hoc temerè fieri nequaquam
 tuit. Immò crederem potiùs uti, S. Augustinus
 §. de civit. cap. 9. ait, Deum nullum esse, qui
 vel in hac re divinam sapientiam ac boni-
 tem requirerem. Hæc sunt judicia Dei in-
 culcata, innocua, & irreprehensibili per-
 fectos, nivis instar candidos designata.

§. II.

*Consilia Dei semper tendunt in bonum
 nostrum.*

Fateamur igitur necesse est, quod
 Deus optimus maximus Pater noster
 & Conditor, ita habeat perfectissimam
 tiam omnium conditionum vitæ nobis
 corporis & animæ, inclinationum omni-
 talentorum, operationum & functionum
 omnium vivendi generum quibus homines
 in hoc mundo inter se differunt, nec solum
 rerum quæ nobis utiles sunt & salutares,
 etiam quæ damnosæ ac noxiæ. Jam
 non sit difficilius largiri ista quam
 utpote omnia sub potenti ejus manu con-
 tuta & subiecta voluntati, inferre sanè pos-
 mus, quod infallibiliter donet nobis ea quæ
 sunt magis è re nostrâ, hoc est quæ conducunt

ad assequendam beatitudinem, quæ est fors
 nostra æternum parata in cœlis. Hæc enim
 sola, ut sanè loquamur & verè, res nostra est,
 & negotium in manu nostrâ situm; res aliæ
 omnes vanitas sunt & afflictio spiritus, etiam
 testimonio eorum qui omnia experti sunt:
Vidi cuncta, quæ sunt sub sole; dixit Ecclesia-
 stes Regum maximus ac potentissimus de-
 gustatis omnibus huius mundi bonis, & ecce
universa vanitas & afflictio spiritus capite 1.
 Quid sunt omnes honorificæ occupationes
 & functiones hominis intra naturæ fines se-
 cundum carnem & sanguinem opera sua glo-
 rificantis, quæ vulgi quidem admiratio plau-
 susque excipiunt populares, at supra solem
 ad cœlestem promerendam mercedem non
 extollunt? Quid inquam sunt aliud quàm nu-
 gæ, fraudes & fortunæ ludibria: sint etiam
 propagationes imperij, regnorum lucra, vi-
 ctoriæ omnium quæ unquam terrâ marique
 reportatæ sunt, celeberrimæ, si in ijs non in-
 est aliqua virtus cœlum spectans, si est hono-
 rum ambitus, si labor humanus, & felicitas
 duntaxat temporalis, quid sequetur nisi um-
 bratilis gloria, quam tempus dissipabit sicut
 ventus evanidam nubem nullo post se reli-
 cto vestigio. Et tunc dicetur: *Quid habet am-
 plius homo de universo labore suo quo laborat*

sub sole Eccle. 1. Nimirum de labore quod
 borat unicè pro se, pro suâ cupiditate ac
 Inptate, cuius nihil charitatem proximorum
 hil Deum, nihil Cœlum spectat. Hoc
 dixi, Deum donare nobis ea semper qua
 set esse è re nostrâ. Non quod tribuat sem
 quæ pertinent ad emolumentum nego
 rum huius mundi, in quo velut in exilio,
 tam moramur, constituentes nobis hanc
 manentem civitatem, quam peregrini
 ut viatores futuram stabilemque inquire
 quod præcipuè Deus respicit tanquam
 cum æternitatis nostræ qui ultimus
 communis omnium hominum conventus
 quo finitur negotium negotiorum omni
 quod absolute Apostolus vocat *negotium*
strum. 1. Thess. 4. Huc destinavit nos Deus
 dem ubi certam quietis ponamus æternam
 Huc dirigit consilia sua & ordinat semper
 providentiæ suæ. Nostrum nunc est cum
 vinâ Majestate conspirare omni conatu
 que studio in hunc finem, ad hunc scopum
 toto corde, tota mente, totis viribus ac
 omnibus suspiriis collimare; nam ab illo
 errantes nihil egimus, frustra laboravimus
 omnia perdidimus, penè totum perditum
 venies quidquid extra JESUM in hominibus
 posueris, ait verissimè religiosissimus
 Thomas à Kempis, l. 2. c. 7.

§. III.

*Quomodo in omnibus recurrendum sit
ad Deum.*

HÆ sunt, quantum nobis hic assequi licet rationes fundamentales, stupendæ illius, quæ inter homines cernitur, diversitatis; nimirum cur alij divites sint, alij pauperes, ille stivam teneat, iste sceptrum, alter habeat tale talentum naturæ & gratiæ, alter aliud, quidam pedes sint Reip & manus & brachia ad obtemperandum, quidam lingua, oculi, & caput ad imperandum cum imperio & gubernatione multitudinis. Quot sunt diversæ functiones, tot semitæ sunt & ingressus ad Coelum. Ibi tamē supponendum, quod prius quisquā hanc aut illam viam ingrederetur, Deum super eā consuluerit, num probaret desiderium suum, num ipsius esset conforme Providentiæ. Nam si fortè fortuito quidquam cæpit aut incitatus avaritiâ, aut invidiâ aliove affectu inordinato auspice, non est putandum hoc hominē à Deo inditum, sed à propria concupiscentiâ & dæmonis suggestionibus inspiratum, qui proponit quibusdam speciosa munia ut his velut escâ, illos irretiat, irritos perdat, aut varijs mentis perturbationibus exagitet atque divexet.

D 5

Hinc

Hinc tot existunt, quas quotidie videmus familijs, molestiæ, tot contentiones & tot lites, desperationes, ruinæ multorum, foro cedunt cum iacturâ bonorum temporaliū & æternorum, quia manus Domini est cum illis, nec digitus Dei in negotiis eorum. Cæci sunt & cæcorum ductum sequitur suavem Providentiæ Conditoris dispositionem respicientes, suis indulgent actionibus, obsequuntur desideriis & indolentis parent passionibus, quas totidem possumus furias & carnifices patiuntur. Immo sui capitalis Satanæ inspirationibus qui omnem eos perdendi occasionem intenter obsequuntur.

Ipsi regnaverunt, dicit Dominus per Prophetam Ose 8. & non ex me, Principes extiterunt, & non cognovi. Propterea, adjungit, & tuus est furor meus in eos. Et verò quis potest cohibere iram, contra genus hominum tam sacrilegum & stolidum, qui plus ambicionis suæ tribuunt quàm Deo, qui consulunt ceteros alios, illo præterito qui solus novit salutare consilium dare. His alibi minatur. Ille 30. Va filii desertores, ut caperetur consilium & non ex me, & ordiremini telam, & non per spiritum meum; at quo tandem successu? Omnes confusi sunt super populo qui eis prodesse non potuit.

Nontamen diffiteor nunnunquam ex sententiâ succedere quibusdam negotia aut officia quæ susceperant, nec incitati nec vocati à Deo; nimirum tanta Dei Domini nostri bonitas est, ut non statim deferat deferentes se, sed potius revocet illos in viam, mediis etiam efficacibus retrahat ad se. Idcirco rigorem jungit suavitati, illecebras terroribus, minas promissis, assiduis urget inspirationibus ut redeant, nihil denique intentatum relinquit, atque eodem quo revertuntur, momento in pristinam illos gratiam recipit oblivione æternâ sepeliens quidquid ab illis antea perperam actum. Sed & arbitror rarò admodum fieri ut, qui aliquam vitæ conditionem inierunt non requisito Dei consilio & voluntate, sibi divinam ejus amicitiam tam facile concilient, beneficentiamque ita experiantur in suis rebus, sicut fuissent experti, si, quod de illis benevolè cogitaverat, ipsi fuissent rectè executi.

Quapropter plurimum refert priusquam aliquid aggrediamur, recurrere ad Deum cum insigni pietate ac filiali fiduciâ erga bonitatem ejus plusquàm paternam, submississimè postulantes perfectè cognoscere sanctissimam ejus voluntatem cum firmo animi decreto velle nos ejus suavissimæ providen-

tiae ordinem in omnibus fidelissimè sequi.
Postquam enim hac ratione, quod in nobis
fuit, præstiterimus, quemcumque de mu-
res suscepta exitum habuerit, & facilius nos
satisfacere & certius persuadere poterimus.
Deum sic voluisse ad majus emolumentum
nostrum, tametsi motiva & rationes, cui
voluerit, ignoremus.

§. IV.

Exemplum Iosephi Patriarchæ.

Hujus rei illustre exemplum præbuit
his integerrimus adolescens Ioseph
cum mandato Gen. 37. patris sui Jacob pro-
ptissimè obediret per summam fratrum su-
rum invidiam primùm coniectus est in ve-
rem cisternam deinde venditus Ismaelitis
quibus ductus est in Ægyptum. Sed his ini-
uriis non magis est fractus adolescentis an-
imus, quam deinceps cum Putiphari Domini
suo fidelissimè serviens, ab eodem injustissi-
mè traditus est in carcerem, in quo tam
plures annos detentus, ut erat innocentissi-
mus, ita sibi semper simillimus perstitit, &
mirum nihil unquam aggressus quod non
prius Deo ardentissimis precibus commenda-
lasset, certus quidquid sibi accideret, fore ad
quando ad majus bonum suum: unde sit

persuadebat, Divinam bonitatem in qua
 spem omnem habebat collocatam, neutiqua
 permittere his se injuriis cumulari sine opti-
 mis rationibus, quibus omnino acquiescebat
 absque sollicitudine eas cognoscendi, imò vel
 inquirendi. Nec sua eum fefellit fiducia; nam
 Deus ejus nunquam immemor, providit ut
 majori eum gloria educeretur è carcere quàm
 ignominia fuerat in eum coniectus: fratres
 verò ejus qui illum velut servum vendide-
 rant, se denique servos, illum Dominum suum
 supplices appellarunt, vehementer admirati
 cognita ejus quàm universæ Aegypto primus
 à Rege præsidebat, amplissima potestate.
 Hac eximia in Deum fiducia sic erat eruditus
 ut res omnes divinæ soleret adscribere vo-
 luntati quam in maximis etiam agnoscebat
 hominum peccatis, velut tunc, cum fratres
 suos recordatione crudelitatis suæ quam in
 illum impiè exercuerant, afflictos consolaba-
 tur his verbis. Gen. 45. *Nolite pavere, neque vo-
 bis durum esse videatur quod vendidistis me in
 his regionibus, pro salute enim vestrâ misit me
 Deus ante vos in Aegyptum, non vestro consilio
 sed Dei voluntate huc missus sum, &c.*

Imitemur hunc sanctissimum juvenem tum
 in omnibus nostris consiliis confugientes ad
 Deum, tum providentiam ejus atque dispo-

sitionem in omni rerum eventu agnoscer
persistamus semper stabiles sub tutela in
tæ ejus misericordiæ, & in omni occasi
centies interdiu & centies noctu, si ve
exemplo S. Bartholomæi Apostoli & S.
Marthæ, supplices in conspectu divinæ m
statis procumbentes magnâ cum fiducia
vel corde solo precemur in hæc verba :
mine Deus omnipotens benedic rogo
operi quod ad tuam gloriam ordior. Bene
huic negotio quod mihi tractandum
incumbit. Benedic cogitationibus meis,
bis & actionibus meis. Benedic somno
& vigiliis meis, largire mihi hanc gratiam
in omnibus, quæ dispono & exequor, ita
semper sim unitus intellectu & affectu, n
hil unquam me a te separet. Docce me
voluntatem tuam, quia Deus meus es.
Proposui iter aliquod suscipere, comp
quoddam officium, prosequi in judicio
mutare habitationem jungere matrimo
filiam, contrahere cum aliquo amicitia
inire cum alio societatem, in quodam ne
tio operam meam impendere, suggerem
obsecro quem in iis me sequi vis ordina
quoniam Dominus meus & Deus meus es
doce me ut sciam quid mihi expediat, q
agere debeam, ut non aberrem ab æto

providentiæ tuæ consilio & constituto sine prædestinationis meæ. A tuâ iterum immensâ bonitate peto suppliciter elementissime Domine Deus, ut mentem meam luce celestis illustres qua cognoscam semitam mihi à te signatam, per quam ambulem. Da quod iubes, & jube quod vis, sive dulce sive amarum, sive honorem sive ignominiam, sive sanitatem sive infirmitatem; ad omnia ecce paratum cor meum. Hoc solum opto ut tua in me voluntas integrè fiat, nec ab ea latum unguem discedam. Hoc solum timeo ne meam sequendo voluntatem à tua procul discedam. Obtestor te salvator mi dulcissime, ex toto corde supplico tibi, ne permittas me unquam separari à te. In manus potius dæmonum incidam, quàm propriam infelix prosequar voluntatem à tua alienam.

CAPUT V.

De Providentia & Cura quam Deus habet de unoquoque nostrum, cui nos conformare in omnibus sine querela debemus.

§. I.

Regula prudentia humana dispares divina.

Humanæ prudentiæ nobile præceptum est: *Ne plura amplectaris quam possis stringere, Nec majora suscipias, quam valeas*

valeas exequi. Imperator Adrianus susce-
p-
orbis totius imperio, partem ejus sponte
misit ut reliquum facilius sustineret, libe-
temque populis reddidit, quam ejus antea
for subjugatis ultra Euphratem & Tyg-
eripuerat; in quo se sequi dicebat exemplum
Catonis qui judicabat haud esse esse popu-
Romani subijcere sibi Macedoniae popu-
quos retinere sub imperio esset difficillimum
Altera porro eorum qui gubernant Repub-
blicam prudentiae regula est, secundum
bonum publicum praefendum censeat
vato cuiusque, & rem communem consen-
re malunt cum detrimento suorum, etiam
micorum & discriminere sibi carissimu-
rum. Hac forma uti solent boni Magistratus
tuendis suis urbibus, gubernatores in ad-
ministrandis provinciis, Reges in gubernan-
regnis, negligentes bona propria, quin
ipsam, si opus est, pro defensione eorum
protegent. Hanc rationem tenent victori-
imperatores ac belli duces dum pro con-
vando exercitu suo in circuitu castrorum
giles disponunt, excubitores ordinant, ex-
ploratores emittunt, nec perdere dubitant, qui
servare non possunt, ut paucorum iactura
columitati prospiciant plurimorum, integ-
que reportent victoriam. Fortasse non nec

sibi persuadeat simili Deum creaturas suas providentia regere, ut præcipuam generis humani in communi, & quorundam in particulari majoris momenti curam gerens, reliquis non ita provideat. Sic videtur sentire Aristoteles l. de mûdo sub fin. & comment. 12. Metaph. t. 51. 52. præsertim cum semper bonum publicum & commune omnium præferendum sit privato singulorum, nec grande censetur malum, conservare speciem cum quorundam jactura individuorum.

Verum hæc fatua foret persuasio, tantoque injuriosior Divinæ Providentiæ, quanto hæc excellentius omnem superat prudentiam humanam; illa etenim nec manca est ulla ex parte, nec insufficiens, ut nostra, sed est admirabilis opifex nunquam ab operando cessans, nunquam deficiens, sive absoluto opere sive nondum inchoato. Illa providet universis & Angelis & hominibus, tantâ diligentia omnibus; tantâ singulis utriusque naturæ, atque si intenderet uni soli. Unde existit differentia longè maxima aut potius, oppositio quæ est inter gubernandi modum quem Deus servat & quo utuntur mortales. Isai. 55. *Non enim cogitationes meæ, cogitationes vestræ, dicit Dominus, nec via meæ, via vestra. Quia sicut exaltantur cali à terrâ, sic exaltata sunt via meæ à*

vias

vis vestris, & cogitationes mea à cogitationibus vestris. Omnes creatæ vires in rerum natura exhaustiri possunt objecto unico, & intentus tam Angelicus, quam humanus dum intentus, minor est ad singula, quam si tantum intendat cum uni eandem attentionem adhibet quam duobus. Nec fieri potest ut uni rei vehementer affixus, alteram simul vivum exprimat; quia, virtutis uterque finis est ac limitata quæ quantò plura simul complectitur, tantò fit infirmior minusque durat. At Dei virtus infinita est, nec fatigatur occupationibus, nec laborat in diversis distrahitur pluribus, nescit terminum, mensuram non habet. Millenos mundos non hoc sine comparatione majores posset, faceret, & productos destruere momento, & destructos denuò producere. Non est autem tanta rerum universitate atomus tam vilis & subtilis quem non oculis ut ita dicam, manibusque ac cogitatione attingat sine confusione sine sollicitudine sine motu. In universo ita est quasi non esset, & tamen in eo facit, esset, res in eo nulla esset; implet omnia, nullo loco continetur; ubique est & nulli includitur; operatur omnia & nihil tangit; omnia videt & à nemine videtur; in omnibus existit creaturis extra omnes diffusus; cunctis

omnes & à nullâ exclusus, est totus in omnibus & per omnia, ita extendit providentiâ suam ad res creatas omnes, atque in primis ad hominum negotia ut ex particulari singulorum curâ nihil decedat communi omnî & hæc illam neutiquam imminuat. Deus, inquit S. Gregorius sic intendit singulis, ac si vacet à cunctis, & sic omnibus simul, ac si vacet à singulis. Iisdem fere verbis loquitur S. Augustinus: Lib. 3. Conf. c. 11. *O bone Deus, qui sic curas unumquemque nostrum tanquam solum cures, & sic omnes tanquam singulos.* Et alio loco: Solik. c. 14. *speculator perpetuus veluti si totius creature tue cali & terra oblitus tantum me solum consideres & nihil sit tibi cura de aliis; neque enim crescit lux incommutabilis visionis tue si tantum unum aspicias, neque minuitur, si innumera videas.*

§. II.

Mirabilis Divinae potentia magnitudo.

Eodem momento quo hæc scribo, Deus est qui producit in me ideas eorum quæ mente concipio, idem format discursum meum, movet manum meam ac calamum. Præter hæc dum loquor, innumeras alias differentesque mecum exercet functiones. Ipso cooperante pulmonibus aërem attraho & remitto

remitto, sonum edo, vocē in verba articu-
tim efformo, ipse linguam meam inflet
confortat illa, extendit organa & infinitas
agit necessarias ad pronuntiandum sem-
nem. Tantum considerans apparatus
credat ad id solum à Deo præstari ut ho-
liber sit, & expeditus ad loquendum
voluerit? Et tamen hoc Deus agit perinde
si aliud nihil haberet, quod ageret. Neque
rò plus sollicitudinis illi affert præstare
munus, millies millenis hominibus
versis in locis simul hoc momento loqu-
tur, quam si nondum quisquam eorum
esset. Neque innumerabilis hominum
multitudo quæ hodie mundum incolit, ejus
videntiam magis impedit aut distrahit
paucitas eorum qui initio mundi nasci
extiterē, quæ neque tum illam suble-
varent. Formidabiles illæ populorum colonie
mare velis, terram tentoriis operuere, po-
lossimæ septentrionis nationes diluvi-
star effusæ super terram non plus illi ne-
cessivere quam olim Adami aut Noë
milia cum hæc totum genus humanum
stitueret. Cura quam habuit protoplasto-
parentum non crevit succedente posterorū
multitudine, nec illā ipsa quam nunc
singulorum. Præterea nunquam intermi-

aut se exonerans committit negotia sua com-
 missariis quibusdam aut Vicariis generali-
 bus, gubernatoribus, profectis aliisque Reip.
 suae praesidibus; quem admodum faciunt Re-
 ges & Principes terrae, qui aliorum oculis
 plurima vident, & ferè plerasque actiones
 suas per Procuratores exercent, quibus secu-
 ri acquiescunt. Deus verò quidquid agit, im-
 mediatè per seipsum agit Ille oculus est om-
 nibus: omnibus praebet auxiliatricem manū,
 & in omnibus; nec tamen inde vel defatiga-
 tionem percipit vel tædium, non secus quam
 si nihil omnino ageret. Non est capillus capi-
 tis, nec gutta sanguinis, nec res ulla tam vilis
 quam non habeat in numerato Deus, quam
 non curet, cum quā non cooperetur, quam
 non tractet aequè immediatè ac nos ipsi. *In*
ipso enim vivimus, & movemur & sumus,
 inquit Apostolus. Act 17. Tu es omnipotens
 Deus qui commoves linguas nostras & pu-
 pillas oculorum nostrorum. Te agitante cor
 nostrum palpitat, & arteriae saliant. Tu venas
 corpore nostro spargis & intermiscis. Tu cō-
 tines ossa nostra & unum alteri innectis tam
 admirabili artificio, tam artificiosa structurā
 ut hæc sola potentis sapientiæ tuæ perpetua
 sit panegyris. Id quod Galenus quoque ag-
 novit, libro 17. de usu part. melius tamen
 divi-

divinus psalter ita canēs: *omnia ossa mea* run
Domine quis similis tibi? ps. 34. Tuæ istar les.
manus ô Divine artifex, quæ regunt nostras tan
Tua est voluntas quæ impellit nostram con
est mens quæ nostræ suggerit rationi cog tio
tiones & conceptus. Tuum est totum grit
ago, excepto peccato. quod solum est me defe
Tu es qui loqueris ore nostro. Tu eleem subl
nas impertis per manus nostras. Tu be æco
ctiones per linguam nostram non ex ma vela
to solo aut pacto, ut sit inter homines, sed can
lut per instrumenta conjuncta quæ tu siun
met applicas, corroboras & in operando nem
juvas. In singulis hominum corporibus rat n
nimum sexcenti numerantur muscoli. (*G* ossa e
l. de form. fœtus,) & in unoquoque ho non
functiones diversæ decem: in iisdem præ somm
reperiuntur ducenta & plura ossa, quor vigil
singula ad quadraginta fines sive operatio circa
referuntur, adeo ut plures quam octies nia n
lenæ functiones ususque sint solorum oss res ta
humani corporis. quorum omnium nec volu
est ut exactissimam Deus rationem habeat hesci
conservationem hujus carneæ molis: quæ Ille ip
men ignobilissima & maximè terrestri ribos
hominis, pars. Ut nihil dicam de venis, de ipse s
teriis, de cartilaginibus, de ligamentis, de us p
peramento uniuscujusque horum org Num

rum, quorum proprietates sunt innumerabiles. Quod si in hac collectione, & concursu tam diversorum oppositorumque usuum, conditionum, functionum, qualitarum, motionum, actionumque necessariorum ad integritatem cuiusque partis, nullus reperitur defectus, nihil superfluum, nihil quod non subsit pacificæ gubernationi supremi illius æconomi; possumusne dubitare, quin ipse velut in deposito & sub sponsione, ut ita dicam, habeat & numerum & structuram officii nostrorum? Descripsit enim verò rationem omnium in manibus suis, & sollicitè curat ne quod eorum lædatur. *Custodit omnia ossa eorum;* ait Propheta psal. 33. *Vnum ex his non conteretur.* Noctu quoque dum gravi somno sepulti de eo minimè cogitamus, ipse vigilat pro nobis & excubias agit, in nobis & circa nos; ut videat, num rectè regantur omnia nobiscum. Stationem istic posuisse diceret tanquam in arce, aut potius velut in loco voluptatis suæ, perinde quasi hic inveniat nescio quæ illicia jucundæ commorationis. Ille ipse curam gerit, ut stomachus ingestos cibos concoquat, sanguis formetur & caro, ipse subministrat alimentum omnibus partibus politâ & providentiâ prorsus singulari. Numquid ergo meritò cum intimo gaudio ac jubi-

jubilacione erumpamus cum Davide in
ces gratiarum: *Benedic anima mea Domi*
Et omnia quæ intra me sunt, nomini sancto
psal. 102.

§. III.

Quomodo Venerari & observare debeat
Divina circa nos providentia Ordine
sine curioso examine.

PERSPECTA porro ineffabili Divinæ Ma-
tis charitate & cura plus quam ma-
nostri in rebus etiam minimis, quid
ramus nos ejus Providentiæ totos com-
tere? Quid hæremus quo minus illi nos
omnia tradamus in manus, de cujus ma-
potentiâ atque amore proveniunt unum
Quandoquidem ipse disponit omnia, fi-
potest ut quidquam ordinet contra nos.
mel sumus in ejus tutelam recepti? Qu-
etiam indies benefacit iis, à quibus offen-
tur, poteritne malè facere iis qui omnia
suam in ipso habent collocatam? Quos
muniti ac confirmati heroicis cogita-
bus, commendamus nos plane supremæ
Providentiæ, & cum submissione debet
cipiamus omnes consiliorum nostrorum

avide in
 ea Dom
 i sancti
 e debem
 Ordini
 a.
 inæ Ma
 am ma
 s, quid
 os com
 illi no
 ius ma
 nt un
 nia,
 tra nos
 ti? Q
 bus or
 mnen
 ? Qu
 cogita
 uprema
 ne deb
 nostu

Successus negotiorumque eventus, licet ho-
 rum particulares causas motiva ac rationes
 ignoremus, contenti scire: *Nih. In terra sine
 causa fieri* ut est apud Job. c. 3. Atque illud A-
 postoli: *Quoniam diligentibus Deum omnia
 cooperantur in bonum* Rom. 8. Quid ergo su-
 perest quod nos possit perturbare, seu sani si-
 mus seu infirmi, divites seu pauperes, seu
 magni, seu nihili æstimemur? Quid refert quā
 teneamus viam ad locum beatitudinis nostrę
 consequendam, dummodo ad eam aliquan-
 do perveniamus? An volumus scrutari pro-
 funda Dei si forte daretur ad fundum eorum
 pertingere? An volumus in arcanum Dei cō-
 cilium admitti, ut videre liceat quem ordinē,
 quamque methodum servet Deus in ortu at-
 que initio, in progressu atque exitu rerum
 nostrarum? Potestne quisquam cōprolabi de-
 mentię, ut audeat legem ponere Divinę sa-
 pientię, & imperare potentię infinitę? potest-
 ne Deus ipse, licet clementissimus, ejusmodi
 ferre arrogantiam temeritatemque vilissimi
 terrę vermiculi? Profecto res esset intoleran-
 da viro prudenti retinere domi suę servum
 qui eō audacię prorumperet ut Domini sui
 vellet consilia nosse, seque mandata, quę
 exequi quam promptissime tenetur, exami-
 nare præsumeret, rationes illorum & motiva
 E pos-

poscere, postulare, quo pacto, quam ob
 sam, quo ordine & fine quæque sibi im
 ret. Numquid prudentissimè respon
 huic effronti servo: scito mi homo, *ipse e*
 sciens volens in domum meam suscepi
 servum te assumptum & famulum, non
 dicem aut consiliarium. Tu non es, cui de
 rationem reddere actionum mearum, *O*
 minus consiliorum. Fac quod iuberis. *circa*
 tibi displicet, vade vias tuas, non est *dent.*
 pus servo, qui philosophicè velit scrutari
 cana mea & inspicere cogitationes *tam*
 mei. Nonne similia & plura alia nobis *ocul*
 rito Divina majestas opponat, si eò quod
 audaciæ & curiositatis progredieremur *que a*
 occulta iudicia secretaque consilia exam
 re atque novisse vellemus quæ sanè *nat ip*
 multo veneratione prosequi debemus, *mus.*
 servus heri sui observare mandata. Ille *lunta*
 dem nō modo herus est noster, nos servus *ratu*
 rum etiam supremus est Dominus, nos *psal*
 mancipia: ille opifex noster; nos opus *tion*
 ejus: ille prototypus & princeps exem
 nos ejus imagines & picturæ. Denique *rum*
 creator noster est, & Deus per essentiam, *la su*
 à nullo dependens; nos Creaturæ, ab ejus *tradi*
 tentiâ & gratiâ omnino dependentes. *figur*
 hujusmodi sumus ut ab illo toti simus, *ae hu*
Ecce
gesta
erfis
exerc

aliter esse, nec alii esse possumus quam quales
ipse nos esse velit. Et scitote quoniam Dominus
ipse est Deus, ipse fecit nos & non ipsi nos psal. 99

§. IV.

Oblatio sui ipsius.

Offeramus nos igitur generosè Deo ad
obediendum illi cæcè in omnibus quæ
circa nos resque nostras Divinæ ejus Provi-
dentia ordinare placuerit, offeramus illi vi-
tam nostram, vitæque instrumenta, linguam,
oculos, cor viscera, pectus, totum corpus at-
que animam nostram, ut de his integrè dispo-
nat ipse pro sanctissima sua voluntate. Dica-
mus illi cum Propheta Regio, cujus erat vo-
luntas perfectissimè conformis Divinæ: *Pa-
ratum Cor meum, Deus, paratum cor meum.*
psal 107 Ad omnia sine querela, sine excep-
tione, ad omnia, quæ a te mihi accident, para-
tum cor meum. Mollis instar ceræ aut argil-
læ sum in manibus tuis ut recipiam sine con-
tradictione quamcunque mihi formam aut
figuram impresseris. Vis ut serviam tibi in vi-
tæ hujus prosperitate rerumque affluentia?
Ecce paratum cor meum. Vis potius ut in e-
gestate, contemptu hominum rebusque ad-
versis vivam? Ecce paratum cor meum. Vis
exercere patientiam meam diuturnis mole-

stis que morbis, podagra, gangæna, febris
hydrope, cholica, paralyti, & omnis generis
defluxionibus? præsto sum. Vis ut sentiam
flictiones, & misérias etiam graviores, magis
que inusitatas? vis ut me videam defertum
notis, proditum ab amicis, profugum per
querentibus me filiis & servis, falso accusatum
iniquè judicatum, injustè condemnatum
parricidam? Paratum cor meum Deus, paratum
tuum cor meum. Vis occidam in theatro pro
minibus non commissis, putrescam vinctus
fimeo; quemadmodum servus tuus Job
ad januam divitis atque impii epulonis
Lazarus; aut videam corpus meum verum
scatens; ut Simeon stylites? Ecce paratum
excoriari, membratim dividi, minutatim
cidi, servari, crucifigi, torreri, si ita Deus
placet. Excipiam si tibi placet, sine querela
cæli omnes terræque tempestates, in domum
meam effusas; certus non aliunde proveniunt
quam ab omnipotente manu tua. Quod
cumulare dolores & communes addenda
laminitates privatis intendere; paratum
cor meum Deus, paratum cor meum. Veneratus
adorabo secreta Providentiæ tuæ, iudicium
& usque ad favillam & cinerem, me dimittam
cum omni submissione iudiciis tuis me
iudicium, & videbo, si ita tibi placuerit, non
mihi

miscens nō querens, populos oppressos, agros
incensos, urbes dirutas, divites ad mendicita-
tem redactos, pauperes derelictos, sterilita-
tes, bella, contagiones mortiferas Deucalio-
nei instar diluvii quatuor orbis plagas obruē-
tes. Hās intuenti miseras longe lateque fer-
pentes, ne veniet quidem in mentem cogita-
tio: Quare ita facis? Nam quis iure dicere po-
test, ait patientissimus Job: *Cur ita facis?* Ib. 9.
Quis audebit aperire os & rationem poscere
operum Dei qui est prima & suprema omniū
causa & regula rectissima? Hoc animo veri &
fideles Dei servi suscipiunt quidquid Divinæ
placuerit Majestati de suis disponere creatu-
ris. Hoc animo pii & legitimi filii in omnibus
agnoscunt providam Patris sui cælestis ma-
num & suavem providentiam. In omnibus
atque per omnia approbant ejus consilia or-
dinemque, sinistre numquam interpretantur,
nusquam ab iis deflectunt ratione vel volun-
tate, sed suam Divinæ religiosissimè student
conformare.

§. V.

Discursus Anima malè resignata.

ET verò, numquid summæ esset dementiæ
atque impietatis aliter agere, sentire, & di-
cere Deo: Domine Deus, ignosce quæso, haud
pos-

possum impræsentiarum approbare con-
tuum agendique modum. Censeo sanè
cium meum voluntatemque tuæ præ-
dam. Quod si meo me possum ingenio re-
meaque, meliorem mihi videor sperare
rerum mearum successum, quam si per
sinam à tua me dirigi sapientia. Quorum
tantæque vitæ calamitates ac miseriæ, to-
blicæ persecutiones & privatæ? Numbo
tibi videtur tota nos vita satiare, pane
stia & aqua tribulationis potare velut
ratissimos nebulones, qui interdum ali-
non sunt criminum rei quam vitæ à te
tæ? Quod emolumentum tibi cedit ex
malis? Quam potes percipere voluptates
dens, nos tristitiis & doloribus contabescit.
Numquam erit miseriæ satis! Jam
à die Nativitatis nostræ usque ad hanc
omnis generis molestias ac afflictiones
sumus, & necdum finis? omnia nobis con-
nantur in dies plura & majora. Numquid
præsentī vitæ vis nos pœnas sustinere
damnatos ante tempus? Non video alium
peresse modum quam ut reliquum vitæ
luptatibus & genio dedam, tametsi con-
cas. Sufficiet miseros esse, cum in sepul-
vernibus in escam traditi putrescimus
ra. Proinde non iudico expedire ut tui

judiciis præceptis providentiæque commit-
tam. Spero meliora, meliusque mihi fore si
nutu meipsum meo regam quam si tuum cæ-
cè sequar ductum per vias incognitas, invias,
spinis ac sentibus horridas. Præclarum ser-
monem atque dignum obsequio quod crea-
tura suo debet Creatori! scilicet. Et tamen hî
sensus, hæc verba sunt eorum omnium, qui
non obsequuntur, ut par est, Divinæ providē-
tiæ beneplacito; aut si minus ita loquuntur,
actiones certè illorum, immo & cogitationes
ab horum sensu verborum neutiquam alie-
næ, si loqui possent in has omnino voces
erumperent.

§. VI.

*Quorundam Sanctorum de Divinâ Pro-
videntiâ sententia.*

SANCTUS Gentium Doctor Paullus Aposto-
lus scribens Corinthiis præclarè nos do-
cet, quod sicut spiritus mundi omnia quæ ac-
cidunt, ad homines refert, divinæ immemor
Providentiæ; sic Spiritus Sanctus mortalium
mentibus altè imprimit hanc plenam dulce-
dinis sententiam, non nisi à Divina providen-
tia esse quidquid mortalibus evenit. Cujus
certe veritatis solum spiritum Dei doctorem
esse testatur Apostolus his verbis: *Nos autem*

E 4 non

non spiritum huius mundi accepimus, sed
 rum qui à Deo est. ut sciamus quia à Deo
 ra sunt nobis 1. Cor. 1. Eodem docente
 post conversionem suam agnovit S. Augu-
 nus, divina manu mistas amaritudine vol-
 tates suas, ut has promptius sperneret. U-
 ait: *Ad eas tu Domine misericorditer ser-
 uas amarissimis aspergens: sensu nihil omni-
 litas iucunditates meas, ut ita quare
 offensione iucundari.* S. Catharina Senensis
 signem scripsit tractatum de Dei Provi-
 dia, in quo meminit se composuisse in in-
 cordis sui penetralibus Cimmeliarchi-
 ex Divinae Providentiæ consideratione
 constructum, in quo procul ab homi-
 strepitu abdebat sese, & suavissimis cum
 colloquiis fruebatur, de eius recipiens
 quidquid sibi accidisset, non aliam qua-
 rationem, quam sanctissimam eius volun-
 tem cuncta pro beneplacito suo dispos-
 tem.

S. Stephanus de Mureto fundator Ord-
 Grammontii in libello suo sententiarum,
 quo multa aperit vitæ spiritualis secreta,
 quod Creaturæ rationis expertes merito
 sint pudorem simul & timorem incutere
 stissimum hominibus, quod illæ Creat-
 sui dispositionem ductumque sine difficu-

te sequantur, tametsi eum non agnoscant; hi
verò tanta ejus cognitione præditi, & ratione
indicioque, ut ad hunc finem impendant, sæ-
penumero iis ipsis abutantur, & se longius ab
eo separent. Joannes Ximenes, frater dome-
sticis in rebus adjutor nostræ Societatis, in
qua vixit puritate vitæ & religiosarum virtu-
tum perfectione celebris, quoties sub vespe-
rum redibat in collegium diurno in villa sub
urbana labore perfunctus, solebat semetip-
sum interrogare: uti in vita P. Alvar. c. 45. *Quò-
vadis Ximene, in Collegiū ut paululum quies-
cam: At si ingressus iubearis servire in Culinā
aut purgare stabulum? Id non sperem.* respon-
debat ipse sibi; *habebitur enim mei ratio, quod
diurno nimis labore defessus sum. Quid si tamen
id tibi imperetur omnino facerem,* responde-
bat, *Et quidem animo prompto, nam istud vellet
Deus.* Nec rarò accidit, ut quod sibi in reditu
objecerat, domum ingredienti quamprimum
imponeretur divina sic ordinante Providen-
tia.

Maria Diaz paupercula devota Deo famu-
la, In vita P. Alvar. cum aliquando precibus in
templo dedita, frigore pæne obrigesceret,
non nihil de aëris inclementia secum quæsta,
continuo sensit interiorius, redargui se his Dei
verbis: *Ego indixi frigus istud, & tu quereris?*

E s

Qui-

Quibus quasi telo transfixa dolens ingemere
quod in eo divinae se voluntati minus co-
formasset.

P. Balthasar Alvarez, c. 40. vit. eximia
stataque vir sanctitatis, cum quodā die
vi obrueretur tristitia, hanc divinam mer-
in missae sacrificio percepit illustrationem.
*Contentus esto, quod hac molestia Dei te
vexat, qui & scivit & potuit eam im-
pe- si voluisset; nec tamen impedivit, tam-
plus amet quam tu te ipsum.* Numquid
go argumentum est manifestum, id, quod
teris, esse in bonum tuum? Aliās cum fulsi-
ret persecutionem sanē maximam: c. 28.
*tiar, inquiebat, amaritudinem animi & de-
lacionem vehementissimam; quia tamen
Deo visum est, non cupio liberari.* Alias
que Domino Deo supplicans pro re aliquā
ejus spectante obsequium, cognovit divi-
tus, omnem perfectionem consistere in co-
formitate voluntatis nostrae cum divina.
erificium esse multō maximum, Deoque
ceptissimum quod offerri ejus majestati po-
sit a nobis, si offeramus nos ad faciendum
tiendumque quidquid ei placuerit. Zela-
nim gloriam suam, & quae ad eam conferunt
nemo melius illo novit, ad eamque ampli-
candam tanto utetur impensius opera nostra
quam

quanto nos aptiores invenerit. Cum aliquan-
do hæreret dubius, celebraretne missæ Sacri-
ficiū propter impedimentum quoddam in-
cidens, à Deo eruditus est, plurimum interef-
se, certò novisse quid velit Deus; hinc enim &
plurimum boni, & plurimum mali existere.
Nam si quid velit Deus, maximæ temeritatis
est idem non velle: si verò id nolit; extremæ
dementiæ est, illud velle & amplecti. Quod
si id verum est in omni rerum occurſu, quan-
tò verius in hoc, ex quo, si à me geratur ut par
est, bonum sperare maximum, si verò negli-
gatur, malum ingens timere meritò possim.
Alloquens quadam vice Deum utebatur his
verbis amore Dei sui que perfecta resignatio-
ne plenissimis: *Deus cordis mei quandoquidem
tribuisti mihi invenire quietem in meipſius in-
tegrâ oblatione, hanc insuper à te gratiam peto
ut semper talis esse velim ego, qualem tu esse me
vis; & libenter suscipere, quod tibi placuerit,
mihi donare. Non desidero sublimiorem finem,
nec media minus congrua nec plus gratia &
favoris, nec rigoris minus nec plus quietis, nec
minus laborum; sed totum id amo quod habeo,
quia secundum beneplacium tuum, habeo to-
tum. Opto talis videri qualem tu me fecisti, ita
tractari sicut tu me tractas, haud alio modo: In
epistola quadam, quam dedit ad illustrem*

E 6

per-

personam tertianâ febris laborantem, his
 tur verbis: *S. Gertrudis in ecclasi quadam
 vinitus edocta fuit, quod Deus qui est summa
 bonitas, eodem quo hominem creavit amorem
 immittit illi prospera & aduersa maius
 per eius bonum spectans tam in his quam in
 illis. Unde sancta illa inferebat: obsecra
 illos, qui non aestimant se beatos quod quidam
 tandem illis accidat, à tali proveniat amor.*
 Alteri cuidam hæc verba præscripsit: *Immo
 te clausis oculis inter brachia IESU Clamans
 nec perire formides, quandoquidem illa
 clavus affigi Cruci voluit, ut te servaret in
 que quietem & temporalem & sempiternam
 acquireret.* Huiusmodi instructionibus
 na sunt capita vitæ illius 50. & 31. Quam
 præmitto tum, ne longior fastidium
 nerem Lectori, tum quia de hac materia
 sub finem libri tertij denuò agam in
 loco magis proprio. Interim tamen
 possum quin hic referam dulcissima quæ
 dam atque suavissima dicta quæ repeti
 scriptis quarundam doctrina, religionis
 pietate in Deum illustrium personarum
 quam in hac re egregiè declararunt ut in
 verbis hic annotabo.

§. VII.

Quorundam de Resignatione doctrina notatu digna.

Henricus Suso Ordinis FF. Prædicatorum Religionis magnæ vir consummataque virtutis, iis qui progressum facere desiderant in perfectione, in hanc loquitur sententiam apud Blos, in consol. pusilla. *Si vis esse quod non es, oportet prius te deficere ab eo quod es, id autem certo certius tenendum, neminem sibi de resignatione blandiri nec se resignatum esse in animum inducere debere, quam diu guttula una sanguinis in carne aut aliqua medulla portio in ossibus latet qua non pro verâ si-
resignatione decocta atque consumpta.* Ejusdem Ordinis Concionator celebris Joannes Taulerus quem Blosius æstimat ex vitæ spiritualis Magistris eruditissimum sui temporis sic loquitur de eadem re. *Si in optione aliqujus foret & arbitrio positum utrum ab omnibus vitiis & defectibus absolvi & expediri, cunctasque virtutes & omnem perfectionem obtinere vellet, nec ne, deberet ita dicere Deo suo: Domine non meum bonum nec meam gratiam peto, non meam voluntatem depono sed quomodo tu vis, ita libens accipio; si tibi visum est ut illis caream, ego pro tua voluntate eis po-*

tius carere volo. Alius quidam insignis
 servus offerebat se Christo Domino inco-
 tione cum perfectissima resignatione
 verbis: *En amantissime IESV Christe, desine
 hanc meam voluntatem in omne reliquo
 tempus vita mea & in omnem eternitatem
 tam perfecte purè ac fortiter in te erigere tuam
 gratissimam voluntati resignare & offerre, si
 nullus unquam homo fecit aut facere debuit
 itaque ex hac hora & deinceps in omne aeu-
 nihil unquam aliter aut plus aut minus
 corpore & anima mea, in vita, in morte, in
 bendo, carento, patiando, agendo ac dimittendo
 volo atque appeto quam quod tibi gratissimum
 est.* Sancta quaedam Virgo in maximis
 doloribus quos Blosius comparat damna-
 rum cruciatibus, ita Deum alloquebatur
 append. insti. cap. 10. Mon. *O dulcissime Domine
 Deus meus, memor esto quaeso, benignè
 considera tuam me pauperem creaturam
 Te vero sempiternum Deum meum & Cre-
 atorem meum, Ecce ego me in equissimum
 cium tuum humiliter projicio in tempore
 in eternitate, parataque sum infernalem
 ciatum quem sentio, perenniter sustinere, si
 tibi placet Et S. Gertrudis: *Quamvis Domini
 mihi pre omnibus deliciis mihi optabile & pre-
 dum sit ut è carcere carnis educta tibi ad-**

gar; sit ament velles, me hic manere, eligerem
usque ad diem iudicij, in extremâ miseriâ ad
laudem nominis tui degere. P. Joannes Lan-
spergius Religiosus Ordinis S. Brunonis, cu-
jus scripta omnia dulcissimæ pietatis melle
perfusa, perfectam resignationem qua Deo
nos offerre debeamus, declarat in hæc verba
tenero plenissima affectu. In Enchir. mili.
Christ p. 144. *Misericordissime Iesu, Domine
benignissime. Fiat voluntas tua. Non potest,
quod tu vis, esse malum, sed ordinatissimum sit
necesse est, quidquid à te procedit. Si vis me
habere infirmum; sit nomen tuum benedictum
& fiat voluntas tua. Si vis me habere sanum,
sit æquè nomen tuum benedictum & fiat vo-
luntas tua. Si vis me mori; sit nomen tuum be-
nedictum, & fiat voluntas tua Si vivere; sit
nomen tuum benedictum, & fiat voluntas
tua. Non nemo proferebat hæc verba pari
aut majori etiam teneræ devotionis affectu.
Dulcis Iesu Deus meus, si mihi dares optionem
& promitteres, quacumque peterem te mihi
daturum; non aliud, quam hoc peterem idque
millies millies & millies eam nunc peto, ut tua
laudatissima voluntas secundum optimum
tuum beneplacitum fiat in me, de me, & per
me in omnibus. Amen.*

S. Ignatius Societatis JESU fundator qui

in hac virtute præcipuè studuit excellere, præ
 ius etiam nobis in vitâ sua reliquit præ
 exempla, & eximia in nostris Constitutio
 bus documenta, hanc tractans materiam
 aureo suo spiritualium exercitiorum lib
 duas concludit meditationes. hac sui
 oblationis formulâ: *En ô Rex supreme ac
 mine universorum, tua ego licet indigni
 fretus tamen gratia. & ope me penitus tibi
 ro, meaque omnia tua subijcio voluntati.
 scipe universam meam voluntatem, &
 meriam, intellectum atque voluntatem
 meam omnem, quidquid habeo & possideo
 largitus es id tibi totum restituo ac prorsus
 do gubernandum. Amorem tui solum cum
 tia tua mihi dones & dives sum satis.*

CAPUT VI.

De duobus modis quibus homines ab
 à vijs Dei.

§. I.

Suavitas divina Providentia.

Suprema Dei Creatoris nostri Providen
 tam est mirabilis in donis suis & suavis
 omnibus operibus suis; ut si sciremus
 ductum per vias, quas nobis demonstrat,
 qui eâ fiduciâ quam par est habere bene

ratos erga Patrem optimum, sapientissimum, potentissimumque filios, deduceret illa nos sine ullo errandi periculo non viâ solum rectâ ac regia, sed jucundâ etiâ ac facili, nostræ corporis cõplexioni, naturæ viribus ac propensione omnino convenientissimâ. Quemadmodum enim periti hortulani apprimè norunt, cuiusque soli quod excolunt, indolent, quam quisque flos aut planta glebam amet, ut adolescat & floreat. Nec minus cognitum habent boni. Architecti cuique lapidi destinatum locum, cui sic aptetur & quadrèt & nec locus alius æquè alteri conveniat lapidi, nec lapis alius alteri tam aptè jungatur loco; quin aut deficiat aut excedat. Ita planè divina Providentia perfectissimè cognoscit nostrarum mensuram virium, loca, tempora, negotia nobis congrua, auxiliâ item & dona quæ necessaria sunt ad acquirendum id quod nostræ commissum est industriæ; adeo ut, si motus ejus atque impulsus confectemur, agnoscamus tandem occupationes nostras sic ingenio proportionatas atque indoli nostræ, ut quævis alia quàm nostra in illis fatisceret, & quævis aliæ quàm illæ nobis exitio forent.

Quanto periculo illi resistatur.

SI proinde accidat ut Dei quis ordinem
 Sterturbare ausus divinæ sese Providen-
 dispositioni opponat, viam ingressus ab
 non monstratam, electisque mediis quæ
 non potius alijque Dei hostes suggerere
 nonne hujusmodi homo aditum sibi ad Coe-
 lum ipse intercludit? Nonne abrumpit
 culos Adæ, vincula caritatis, quibus
 Deus ad se pertrahere cogitabat? Nonne
 Etâ acclivi ad coelestem gloriam sibi delin-
 tam semitâ, præceps ruit in abyssum igni-
 niæ & damnationis æternæ? Hoc vetus
 quotiescumque non jam exquirimus
 voluntatem ejusque sancta consulimus
 cepta cum Prophetâ regio, qui ait: *Et con-*
lium meum justificationes tua. psal. 118. qui
 dicat: in omnibus consilijs publicis ac pri-
 tis, in omni mea scientia, in omni sapientia
 in omnibus actionibus o Deus tuis
 mandatis pro regulâ cogitationum ac
 numque mearum. Cum hoc igitur sapien-
 simo Rege quoties non adhibemus hos
 filiaros, sed passionibus cupiditatesque nos
 velut oracula quædam audimus, illasque
 quimur velut duces viarum peritissimas

quibus videmur nescio quam tribuere divinitatem, quando suggestiones illarum atque impulsus sanctissimis Dei Domini nostri legibus atque inspirationibus præferimus, aberramus sine dubio à vijs Dei. Atque hæc est prima deviatio quâ mortales manifestè deserunt vias Domini rectas & sponte præcipientes abeunt in præsentissimam sui ruinaam. Tametsi enim divina bonitas, ut verum fatear, non deneget nobis suam gratiam & concursum nostræ negotio salutis necessarium; nostro tamen loquendi concipiendique modo, non obligatur Deus suam præbere manum, viresque sufficere nobis ad sublevandum onus quod nostris ipse humeris non imposuit, nec per viam, ad quam nec vocavit nos nec destinavit, deducere tenetur. Nos verò quo poterimus animo in angustiis in quas nostræ nos cupiditates cōjecerunt, ejus postulare auxilium, qua fiduciâ ejus opẽ implorare in ijs molestijs, difficultatibus, ac periculis quibus ultro nos exposuimus susceptâ contra ejus voluntatem occupatione ut nostræ faceremus satis, vel ambitioni vel iræ vel amoris proprio, alijsque inordinatis indulgeremus passionibus, quarum nos dominationi ac império maluimus quàm paternæ Dei Providentiæ regendos subicere?

Quid

Quid si nihilominus in huiusmodi occasi-
bus eum invocemus, nonne jure merito
test nos remittere ad eos, quorum secuti
filium & persuasione inducti difficiles
ac periculosas vias sumus ingressi?

§: III.

Huiusmodi periculi probatio.

Hoc ipsum vivis expressit coloribus
Jeremias Propheta occasione similis
pietatis atque infidelitatis, quæ cum
raelitæ quotidie contra Dei peccarent
videntiam, eum nihilominus non dubi-
tantes invocare in minimis etiam, quæ ipsis con-
gebant, adversis. *Verterunt, inquit, ad me
dum, & non faciem, & in tempore afflictionis
sua dicent: surge & libera nos Jer. 2.* Quod
fecit Deus per Prophetam: spreto me, ne-
quo in Deo posuerunt fiduciam suam, et
men simul ac se calamitatibus involutos
dunt, confugiunt ad me magnis clamoribus
Deus in adiutorium nostrum intende
liberandum nos festina. At quid. respon-
deat Deus? *Vbi sunt Dii tui quos fecisti tibi: iux-
& liberent te in tempore afflictionis tue.*
Deut. 32. Vbi sunt Dii eorum in quibus tra-
bant fiduciam? De quorum victimis com-
ebant adipem, & bibebant vinum libamen-

*surgant & opulentur vobis & in necessitate
vos protegant. Ubi per deos non tantum pos-
sumus intelligere simulachra Deorum lig-
nea aut lapidea, sed creaturas etiam quasli-
bet in quibus confidimus non sine injuriâ de-
bitæ à nobis in Deum fiduciæ; cuiusmodi
sunt amici nostri, humana media, honores,
vires, scientia, nominis existimatio, astutiæ
& ad inventiones humanæ prudentiæ, atque
omnia illa quæ Scriptura sacra appellat *bra-
chium carneum*, quod & mille modis infir-
mum reddi potest, & denique avelli. Unde
Deus addit: *Videte quod ego sim solus, & non sit
alius Deus præter me; ego occidam, & ego vive-
re faciam; percutiam, & ego sanabo, & non est
qui de manu mea possit eruere.* Deut. 32. Simi-
lem exprobrationem legimus Dei nomine
per Prophetam Osee factam eidem populo
Israëlitico. Hic enim graviter ferebat, mul-
tisque querebatur se a Deo derelictum, ad
quem tamen multis titulis præ rationibus
ceteris pertineret: *Me invocabunt: Deus meus
cognovimus te israel.* Ose 8. perinde ac si me
præcipuè cognoverint atque coluerint glo-
riantes quod sint populus meus, hæreditas
mea, familia mea, gaudium meum & volup-
tas, quibus quidem nominibus eos sum sæ-
penumero dignatus. Verum, *projecit israel
bonum**

bonum, respondet Deus, inimicus persequens
eum ipsi regnaverunt, & non ex me. Pri-
pes extiterunt, & non cognovi. Quibus ve-
non aliam reddit rationem Deus duræ cen-
cis populo, cur eum suorum tradiderit in-
corum crudelitati quàm quod consilia
suum non exquisierint in suorum electio-
Regum, sed abstracti à suis cupiditatibus,
humanis respectibus, hos aliosque huius-
di secuti sint Consiliarios malos, quod
reges ipsi habenas cæperint Reip. per ty-
nidem ac ambitionem nulla Dei vocatio-
electi aut electione divina ad eam unquam
destinati.

§. IV.

Consideratio historia de Ieroboam.

Illud porro mihi hac in re permirum
detur, quod unus illorum quibus ista ad-
facta est exprobratio, Jeroboam fuerit
primis. Ille Jeroboamus qui ab ipso meto-
per Prophetam nominatus est decem Ti-
bium Rex; cuius peculiarem Deus tute-
videbatur suscepisse contra persecutionem
Salomonis cuius aliquando loco regnare
bebat. Ille Jeroboamus quasi miraculo
Etus ad regiam dignitatem communi omni-
Israëliitarum acclamatione & plausu Salom-
nem
tu ab
tuit,
liis e
suâ
obti
ut qu
dem
regn
test u
& sib
Prop
ratio
nec ef
non fa
23. C
gelio
sibun

nem ejusque filium Roboamum divino nutu abjicientium. Quo igitur modo fieri potuit, ut nihilo-minus tam illi Deus quam aliis exprobraret regni invasionem, negetque sua factum esse voluntate quod principatum obtinuerit? Potestne fieri, o Sapientia infinita ut quem nominasti populi tui Regem, eundem paulo post abneges? quasi conferre illi regnum numquam cogitaveris? Fierine potest ut voluntas tua sicut hominum mutetur & sibi contradicat? Quo igitur pacto dixit Prophetes ille ad Regem Balac tanta asseveratione: *Non est Deus quasi homo ut mentiatur nec est Filius hominis ut mutetur.* Dicit ergo & *non faciet? locutus est & non implebit?* Num. 23. *Caelum & terra inquit Christus in Evangelio, transibunt, verba autem mea non transibunt.* Mac. 13.

§. V.

Voluntas Dei antecedens.

AD solvendum hunc nodum, eademque opera declarandum qua ratione possint nonnunquam homines deviare à viis Domini indirecte, & id minimè cogitantes, qui est modus alter ordinem divinæ Providentiæ prætergrediendi, advertere oportet distinctionem quam ponunt Theologi duarum in Deo voluntatum.

voluntatum quarum alteram vocant acci-
dentem & primariam, consequentem
ram & secundariam ita S. Chryst. Illa
cedens, simplex & absoluta dicitur quia
Deus habet quasi ex seipso rationem sum-
do volendi ex sua bonitate, nobilitate po-
tia, &c. Non vero velut ex data occasio-
quodammodo causa ex parte operam
turæ, quasi meritis alicujus personæ de-
tisve provocatus, impulsus, obstrictus.
modo Deus ex naturali sua ad bonum
turis suis procurandum inclinatione,
loquendi modo, vult exempli causa
hoc officium, illud negotium, hanc ag-
dinem, hunc favorem, istud infortu-
Quamquam hæc semper ab eo diriguntur
promovendam animarum nostrarum
tem, quæ est omnium, quæ desiderare po-
mus, bonorum maximum. *Ego Dominus
non est alter, firmans lucem, & creans tenebras
faciens pacem & creans malum: Ego Dominus
faciens omnia hæc. Isai 45.* Quibus verbis
indicat se interdum sponte sua & motu
prio quædam agere nullâ attenta ratio-
parte creaturarum rerum, unde desumatur
modi procedendi modum & occasio
Nam hoc verbum *Creo*, prout Philosophi
Theologi explicant, propriè significat

ducere aliquid ex nihilo. Itaque creare alicui
 malum aut bonum perinde est, ac hoc illud-
 ve ipsi præstare nullo ejus cooperationis in-
 tuitu. Tale bonum contulit Deus Sauli &
 Davidi cum illos elegit Reges populi sui, à
 cujus etiam spe dignitatis uterque longissi-
 mè aberat secundum humanam æstimatio-
 nē. Hic opilio erat pauper de paupere domo
 ille *de minimis tribu Israel & cognatio ejus*
novissima inter omnes familias de tribu Ben-
jamin 1 Reg. 9. Iste de familiâ Isai despectis-
 simâ in populo suo, & minimus fratrum suo-
 rum. Cumque Dei jussu inungerentur à Sa-
 muēle in Reges, alter eorum perditas quære-
 bat asinas patris sui, alter pascebat oves, pro-
 inde solus Deus cogitabat illos ad regnum
 evehere: Atque hoc sensu dici potest illud u-
 trique obtigisse solius Dei nutu, qui creavit
 illis hoc bonum ad quod nec hic nec iste
 quidquam de suo contulit. Quod verò ad
 malum attinet, eodem modo dici potest,
 quod ea quæ immaculata Virgo Deipara,
 quæ sanctissimus Domini præcursor & Bap-
 tista, quæ innocentissimus Job pertulerunt
 hujus vitæ mala ac miseras, passi sint nullo
 suo merito; id quod postremus horum veris-
 simè testatur: *Non peccavi, & in amaritudine*
mea moratur oculus meus. Job. cap. 17. Verè

ita est vir iustissime, novit Deus, qui bonum
 impium feceris, afflixit te & flagellum suum mala-
 xit, conscidit te vulnere super vulnus. Num
 passus es absque iniquitate manus tuas
 haberes mundas ad Deum preces. ipse ipse
 Caelo testis tuus & conscius tuus in quo
 Noli quaerere in terra sive in te, sive in quan-
 creatura, malorum quae pateris causam, praeb
 Deus est; *Manus Domini tetigit te*, ipse
 vit te gloria tua & abstulit coronam de
 tuo ipse creavit ex nihilo dolores quos
 pressit te, noli aliam quaerere causam, **V**
 voluntatem ejus, ipse ea quae pateris
 riae suae tuaeque refert incrementum sed d
 qui producit lumen de tenebris, & tra. D
 vertit in diem, convertet plandum nostr
 canticum & secundum multitudinem confes
 rum tuorum consolationes ejus latissimae na est
 ni manum tuam. Haec sunt quae spectantur ne
 luntatem Dei antecedentem & independentem
 tem, quae à S. Joanne Damasceno nominatur &
 Voluntas Beneplaciti qua Deus ut ab eum
 Dominus de suis disponit creaturis ipse
 neplacitum suum sine cooperatione praese
 merito vel demerito earum. Hic proinde
 operis, voluntas est operantis. Ego Dilectum,
 & non est alter &c. Quae voluntas cum
 sit Dei optimi, spectare aliud non potest
 ides.

is, quib^{us} bonum, quidquid tandem accidat, adeo ut
 malo sua mala ipsa quæ inde promanant, inter bona
 numeranda sint. Cum enim deus per naturam
 suam & essentiam, ipsa sit bonitas, quomodo
 potest ex se profundere aliud quam bonum?
 Quomodo potest velle suæ creaturæ aliud
 quam bonum? siquidem hæc nullam tum ei
 præbet occasionem malefaciendi.

§. VI.

Voluntas Dei consequens.

Voluntas Dei subsequens & secundaria
 est illa, quam Deus habet non ex se solo
 sed datâ occasione vel causâ ex parte creatu-
 ræ. Dicitur consequens, quia consequitur
 nostram dispositionem, & operibus nostris
 conformatur, quæ si bona sunt, illa nobis bo-
 na est & benefica; si mutamur & illa muta-
 tur nostro loquendi modo; cui applicari pos-
 sunt illa Davidis verba: *Cum sancto sanctus e-
 ris, & cum viro innocente innocens eris, &
 cum electo electus eris, & cum perverso per-
 verteris.* Instar speculi hic res geritur: illud re-
 præsentat ea omnia, quæ ex opposito fiunt;
 eodem oculo respicit quo aspicitur, Æthio-
 pem, repræsentat nigrum, Europæum, al-
 bum; si torvum intueris, torvum exprimit, si
 rides, aridet; quos si onte, oculis, vultu, ma-

nibusque motus efformas, conformi-
fert. Talis & Deus est, qui Sap. 7. dicitur
culum sine macula perinde ac si dicat
qualemcumque Deus vultum præse-
semper sine macula est. Si qua forte vide-
nobis, non ab ipso, sed à nobis est, non
vertenda vitio, sed nobis. Sicut in speculo
est macula, neque defectus repræsentat
vos & defectus illorum qui illud inspi-
sed hæc ejus potius perfectio est. Si res
aut distortas monstret, non sunt tales
nec ab illo procedunt, sed exhibet dum
dispositionem eorumque motus qui
habet oppositos. *Sic nos tu visitas, sicut i-*
mus. dicebat S. Thomas Deo, in hymno
dam quem deinde Ecclesia usurpavit
cio vener. Sacramenti. Quibus verbis
rogamus ut nos dignetur invisere
nobis honoratur. Verum et si id non per-
verius dici potest: *Sic nos tu visita, sicut i-*
limus. Sic nos tractas, sicut à nobis tractas
sic nos muneras, sicut tibi servimus. dum
obvertis nobis, si avertamur à te; at com-
faciem, si revertamur ad te. Odium enim
te nascitur sed ex peccatis nostris. Vini-
punitio non sunt opera tua: *alienum opus*
peregrinum est opus ejus ab eo. Ignis cupit
eum nostrarum celestem illam atque

nalem accendit. Crimina nostra ad vindictam
nostri manum illius armant. Tolle peccatum
& infernus non erit : non avertitur Deus ab
homine nisi quatenus à peccante offensus, a-
deo ut voluntas hæc Dei punitiva peccato-
rum nostrorum jure merito *subsequens* vo-
cetur quæ nisi ex nobis oriretur, in illo non ef-
set, idcirco dependet à nobis, consequitur &
conformatur operibus nostris.

§. VII.

 *Applicatio utriusque voluntatis ad historiam
Jeroboami.*

SECUNDUM hanc utriusque voluntatis in
Deo differentiam facile est respondere ad
difficultatem suprà propositam, quo pacto
Jeroboam homo sceleratissimus à Deo no-
minatus fuerit Rex decem tribuum, tametsi
paulò post Deus negaverit suo nutu & con-
silio eum ad regnum fuisse promotum. Nam
verissimum est secundum voluntatem Dei
antecedentem, Jeroboamum à regiâ digni-
tate fuisse exclusum, nec ad eam umquam
aspirare potuisse. Verùm cum peccata populi in-
dies cumlarentur, & ad coelum usque excre-
scerent, ut inde castigarentur, Deus videns
Jeroboamum regno inhiantem, hominem

impium, ferocem, crudelem, aptumque
 flagellum & miniſtrum juſtitiae, volumus
 ſubſequentem qua decrevit peccata punire
 reſclitarum, permiſit ut eligeretur in regem
 quo tamquam carnifice uteretur ad reſclitum
 populum caſtigandum. Huiusmodi ſumus
 ges quos provocatus ad indignationem
 nonnunquam populis praeficit, non ut inducat
 in malum quod eis velit, ſed e converſo
 retrahat à malo, & reducat ad bonum,
 peccatorum maculis & ſordibus purget
 atque emundatos, participes faciat regum
 leſtis, in quod nihil admittitur coinquum.
 Sic igitur regium nomen & dignitatem
 improbis odium Dei in ipſos, non amor
 & amor: autoritatem illis confert & potestatem
 voluntate conſequentem, qua ſuorum
 amicorum conſtituit commiſſa punire
 ſta, aut merita augere ex tolerantia inimicorum,
 nec ſine hac Dei intentione coronantur
 bene meriti, niſi ut hic etiam aliquod re
 virtutis ſuae praemium. Hoc modo propter
 huius mundi fortuna, honores & titulos
 nunquam praeter Dei ordinem primò con
 tutum obveniunt, quamvis ſerviant aliis.
 Contra verò res adverſae & calamitates
 quam non ſunt conformes Dei deſiderio
 quod habet ſalutis noſtrae, quamvis immo

interdum voluntate consequente, quæ creaturarum sequitur dispositionem. Hæc est causa cur probi, si prosperis affluant, suspecta habeant, nec ea recipiant nisi cum tremore & metu, cum tamen afflictiones libenter excipiant tamquam salutis suæ certissima media. Jeroboam si Deum consulisset illo tempore quo de transferendo in ipsum sceptro agebatur, induci ad acceptandum non potuisset etiam suadentibus Prophetis omnibus, sed quia unum illorum adulantem audire maluit suæque ambitioni obsequi, cæco abreptus impetu illam ingressus est viam, quæ quidem conformis erat divino decreto tumendi vindictam de populo suo, non verò illi quod habuisset de salute Jeroboami, si hic ipse non obstitisset. Hac ratione interdum fit, ut exteriorum rerum specie decepti quidam nihil minus cogitantes unam pro alia Dei viam arripiant, in qua seipsos perditum eant, interim tamen alijs ad salutem præbeant occasionem.

CAPUT VII.

Conclusio Libri primi per illustra quædam
exempla.

§. I.

Efficacia Exemplorum.

Commune dictum est & verissimum
manum non solum meliorem esse
guâ artificem, sed magis etiam disertam
efficacior in persuadendo. Documenta
quæ exemplis dantur longe plus in animis
nostris efficiunt, quam quæ solis expressis
sunt verbis. Longum iter per præcepta, in-
quit Seneca Ep. 6. breve & efficax per exem-
pla. Numquam videbimur dixisse omnia ac
perfecisse instructionem, si hæc per præcepta
tantum sit à nobis tradita. Quotidie à nostris
Magistris nova cudentur præcepta, nec quis-
quam complebit omnia, sed quantacunque
condat, relinquet sibi succedentibus plura
semper excogitanda. Cum verò docemus per
exempla, una vice dicimus omnia; opere-
nim omnibus suis numeris expleto adjunge-
re nihil est opus. Illud est quod nunc aggre-
dior ostendere deinceps efficacius quam ha-
ctenus, qualem nimirum fiduciam in nostris
actionibus habere debeamus in summa De-
Crea-

Creatoris nostri bonitate & Providentia, ut animam inspirem vitamque conferam per exempla, quam mortuis hucusque præceptorum coloribus adumbravi picturam. Porro ex innumerabili personarum numero quas in hanc rem possem adducere, tres duntaxat selegi, quorum res gestæ docente Spiritu sancto sunt scriptis mandatæ, ut nemo de eorum, quæ in medium proferam, possit veritate dubitare.

§. II.

Heli severè punitus.

Primum illustrium personarum exemplū sit Heli summus Sacerdos, qui ut habetur *lib. 1. Reg.* divinitus electus successit Patri suo in Pontificatu ut hanc supremam dignitatem transmitteret ad posteros familiae suæ *usque in sempiternum*, nisi consilia Dei interrupisset insigni inobedientiæ actu. Erat hic ut verbo dicam, pater sicut ceteri, id est pater in filios suos indulgentior, dissimulans delicta eorum, ad castigandum remissior, ad placandum illis propensior, tantaque hac in re dignus reprehensione ut audire mereretur à Deo hanc gravissimam exprobrationem: *magis honorasti filios tuos quam me. serve ingratis sic- cins decuit te illorum sceleratissimæ vitæ*

A 5 po.

potius curam gerere quam sacrificiorum
 meorum ? sciebas nequicias illorum & ru-
 pessimas audiebas ab omni populo, nec objur-
 gasti quidem eos acerbius (cap. 2.) postquam
 te tot tantisque cumulavi bonis, sicine ma-
 oportebat contemni abs te? plus apud te caro
 & sanguis valuit, quam gloria nominis mei
 & divini cultus Sacrificij? prætulisti amorem
 filiorum tuorum præceptis meis. Itaque Deus
 qui nihil patitur honori sibi debito detrahi,
 videns hunc hominem cum sui cultus sum-
 mæ injuriâ, timore displicendi filiis suis non
 revocare illos à quotidianis sceleribus & ho-
 xuriosa vitâ quibus toti populo erant scan-
 dalo, nec continere illos, ut par erat in officio
 per acriores increpationes aut severiores ca-
 stigationes, quas non oportebat omittere,
 cum verba non prodesse, hanc inquâ præ-
 postero in filios suos affectu excæcati paren-
 tis indulgentiam jam diu videns Deus, non
 ferendam diutius censuit. Itaque primum illi
 minatus est per Prophetam his verbis: *Hæc
 ait Dominus Deus Israel cap. 2. v. 30. loquens
 locutus sum, ut domus tua & domus patris tui
 ministraret in conspectu meo usque in sempiternum.
 Nunc autem dicit Dominus, ai sit hoc à
 me: sed quicumque glorificaverit me, glorifica-
 bo eum: qui autem contemnunt me, erunt igno-
 biles*

biles. Ecce dies veniunt, & praeidam brachium tuum; & brachium domus patris tui. (id est potentiam & nobilitatem stirpis tuæ qua Heli tunc florebat in populo) ut non sit senex in domo tua. Et videbis amulum tuum in templo in universis prosperis Israel: pars magna domus tua morietur cum ad virilem aetatem venerit: Filii tui Ophni & Phinees in die uno morientur ambo. Idem deinde significavit illi per ministrum ejus Samuelem illum ipsum ad quem postmodum translata est Pontificia dignitas.

§. III.

Heli perfecté resignatus.

Quid hic putas aut dixisse aut fecisse Heli audito tam tristi atque inopinato nuntio? Numquid tibi desperasse videtur ut Elia cum hic audiret benedictionem suam sibi à fratre ereptam? Numquid exclamavit contra coelum & terram? Numquid maledixit domui suæ atque familiæ? Numquid furiosè instar violentas sibi manus intulit? Numquid diris se omnibus & furiis devovit? Numquid omnes ex orco diabolos evocavit, sicut permulti faciunt in re minoris momenti? Nihil omnino horum aut dixit, aut egit. Quid igitur? Numquid saltem invasi Prophetam, a quo

ista audiebat, aut domo expulit ministrum suum, qui ausus fuisset tam sinistra sibi minari; nullâ habitâ ratione senectutis suae, nullâ infirmitatis, qua eo ipso tempore laborabat, nulla paterni in filios suos domumque amoris? Nihil ejusmodi fecit. Quid tandem igitur? Quid dici potest! Vix adduci posset ut crederes, nisi Deus ipse testaretur in sacra Regum historiâ: *Et ille respondit, ait Scriptura 1. Reg. 3. Dominus est, quod bonum est in oculis suis, faciat.* Quasi dicat: supremus est Dominus, ego subditus ejus & mancipium; non decet ut servus contradicat Domino suo. Alerus meus est, ego famulus ejus; famuli est obedire hero suo. Pater meus est, ego filius ejus; convenit ut filius se conformet voluntati parentis sui. Denique Creator meus est, ego Creatura ejus; necessarium est igitur omnino ut ita me ei committam, sicut lutum versatur in manibus figuli, ut quaecunque huic placuerit, formam recipiat, sive curren- te rota ureeus exeat in honorem, sive in contumeliam; ita & me paratum esse oportet, ut vel in oculis omnium luceam, vel in gloria delitescam in tenebris prout ipsi visum fuerit. *Dominus est quod bonum in oculis suis est, faciat.* Ejusmodi responsionem semper habere nos in promptu oportet ad repellend-

das fortiter cogitationes omnes displicentia, impatientia, iræ, vindictæ, desperationis, quas satanas excitare solet in cordibus nostris, cum quid sinistri atque improvidi accidit in negotiis nostris: cum nuntiatur aut causam in iudicio perditam, aut filium mortuū, aut vineam frigore adustam, aut percussam grandine messem totius anni periisse, aut pestem grassari in pecoribus, aut exundasse mare & omnem circa regionem obruisse, aut ardere passim bella, aut imminere agrorum sterilitatem, aut contagionem ubique serpere & cum sexcenta huiusmodi mala audiuntur, hoc unum ingeminandum est: *Dominus est: quod bonum est in oculis suis faciat.* Quis ego sum ut contradicam Altissimo? vermiculus terræ, pulvis & cinis, imo nihil, audebo ad examen revocare sanctissima divinæ providentiæ consilia, & dicere Deo: *Cur ita facis?*

§. IV.

Iosaphatus in afflictione ad Deum confugit.

Alterum exemplum quod hic referam de sanctissimo rege Iosaphato narratur lib. 2. paralip. c. 20. Hic pius princeps, cum ei nuntiatum esset venire contra se Moabitas & Ammonitas, & accolæ montis Seiz cum in-

numerabili multitudine de transmarinis & Syriae locis, nequaquam despondit animum, non misit legatos qui cum illis de pace tractarent, sed divinae se totum voluntati commisit, sive Deo placeret probare se, sive sua punire delicta, sive miraculosam sibi de hostibus suam victoriam concedere, magno sanè animo sine maiore divinorum consiliorum indagine constituit excipere quidquid Divina providentia ordinasset. Et quamvis non æquo Marte pugnaturus videretur, utpote qui vix decem suorum posset opponere mille viris hostium, progressus est tamen cum exercitu suo, postquam se totum contulisset ad rogandum Deum institutâ publicâ in templo Domini comprecatione, in qua inter cetera his usus est verbis: *Cum ignoremus quid agere debeamus hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te.* Quasi dicat: Domine Deus noster tanta huc usque nos gubernasti bonitate, tantâ sapientiâ, tantâ felicitate ut merito acquiescere debeamus divinæ Majestati tuæ, promptisque animis accipere quaecunque acciderint in posterum; nec enim valemus penetrare consilia tua quæ in præsentis statu concepisti de nobis, utrum hæc eò spectent ut ab imminetibus hostibus affligamur, quaque ratione & quousque; an verò ut hos ipsos

con-

confundas & deleas in conspectu nostro, non obstante omni eorum multitudine ac potentia. Vtrumque æquè tibi facile, atque in promptu est Deus cæli & terræ; tu enim dominaris regnis gentium, in manu tua est fortitudo & potentia &c. In nobis quidem non est tanta fortitudo, ut possimus huic multitudini resistere, sed cum ignoremus quid agere debeamus, ad te confugimus parati ad suscipiendū de manu tua, quidquid tibi placuerit, cum eā tamen fiduciā erga bonitatem tuam infinitam, fore, ut nunquam abjicias nos & quidquid id tandem erit, nobis sub tuā ubique tutelā atque curā constitutis sit omninò melius sive vincamur, sive vincamus, vivamus, seu moriamur. Jam verò quid futurum sit ignoramus, & quid in præsentia agere debeamus, sed omnia nostra tuæ fidei, spem omnem atque fiduciam tuā committimus misericordis, hoc unum habentes residui ut oculos nostros dirigamus ad te. Hac ratione quoscunque rerum casus atque eventus, quæcumque pericula ac incommoda quascunque persecutiones & afflictiones tam communes quā particulares, consuetas & insolitas oportet recipere de manū Dei in omnibus ad eum confugientes eique nos committentes ad faciendum & patiendum quidquid divinæ circa nos providentiæ placitum fuerit.

S. V.

David pulsus à Filio, recurrit ad Deum,

Tertium & maximè memorabile exemplum quod in hanc rem afferri potest suppleat nobis liber Regum tertius c. 15. Davide rege fugiente in gravissimâ illâ regni sui perturbatione per impium Absalonem excitatâ Hic cum simulatâ humanitate & fraudulentâ benevolentia populi animos ante occupasset, molitus est etiam regnum Patri suo armatâ manu eripere. Pium regem Hierosolymâ egressum inter fidos regni properces consequebantur etiam Levitæ universi & sacerdotes portantes arcam fœderis Dei spem salutis & felicitatis populi, quos ut conspexit Rex iussit cum Arcâ redire in urbem, adiungens hæc verba quæ declarabant cor ejus secundum Cor Dei, atque insigni plenum fiducia, animum qualem in ejusmodi occasione posset quis prædere. *Reporta arcam Dei in urbem* (inquit rex ad Sadoc sacerdotem, qui ejus deducendæ curam habebat) *si invenero gratiam in oculis Domini, reducet me & ostendet mihi eâ, faciat quod bonum est cor meum.* O generosum pectus! o animum inexpugnabilem! o divinam viri virtutem! qui tam paratus est spoliari regno, quam alius quispiam veli-

mento: qui non magis movetur jacturâ digni-
tatis, suæ & fortunarum omnium quam si res
essent non suæ, & nullius momenti. Paucis
verbis non parva & pauca complexus subli-
mem docuit philosophiam. Quid enim est,
præsto sum? Nisi paratus sum facere sine excu-
satione, sine restrictione, sine difficultate,
quidquid Deus voluerit. Vis Dominator o-
mnium Deus detrahare capiti meo diadema
regium? vis meo me regno pellere? Vis una-
cum fortunis omnibus quas mihi hætenus
elargitus es, tollere etiam vitam meam? *præsto
sum*. Ordina, impera, fac quod libuerit, non
repugnantem Divinæ voluntati tuæ meam
experieris. Vis ut revertar in exilium, ad
montes & speluncas recipiam me passurus fa-
mem & sitim, omnium expositus insidiis &
proditionibus? *præsto sum*. Vis ut barbaram
impii filii ad mortem me prosequenti expe-
riar crudelitatem, & victor exterarum virium
domesticis in ruinis sepeliar? Et cui vitam do-
navi, meam eripiat? *præsto sum, facias quod bo-
num est coram se*. Quid posset amplius dici? si
voluerit Deus ut amici mei omnes mihi ini-
mici fiant, & quotquot fero inimicos, patiar
interfectores? ut subditi mei rebellent contra
me? ut ab iis quos pluribus affeci beneficiis,
maximas recipiam injurias? *præsto sum*. Si di-
xerit

xerit mihi : Volo David ut redeas & abscondaris in cavernis petrarum, moreris in speluncis montium, profugus & vagus panem ostiatim colligas, ut pascas modo porcos sicut quondam pavisti oves. Quid præterea? jubeat quicquid illi placuerit, *præsto sum* : paratum ad obediendum, alacrem & fidelem in exequendo experietur. Vide ut casus adversos omnes & eventus rerum diversos non hominibus adscribat sed Deo. Non dicit si Absalon mihi coronam detrahat; si hostes mei occasionem sumant ad incitas me redigendū; si adversa fortuna ad pastoritiam me vitam remittat; sed sine ullo ad creaturas respectu, perinde ac si illæ hac in re nihil possent, ad Deum recurrit, hujus sanctissimæ voluntati se penitus subijcit. *Si autem dixerit, non placeo præsto sum; faciat quod bonum est coram se* Quo significat revera Dei voluntatem omnium esse opificem, hanc ordinare rerum seriem, hanc inchoare omnia, hanc dirigere progressus, hanc moderari exitus, huic res creatas deservire instrumentorum loco ad exequenda consilia ipsius intentumque finem obtinendum. Idem docuere summus Sacerdos Heli, idem Iosaphatus. Nimirum efficax medium, in rebus omnibus veram animi quietem, securam mentis pacem obtinendi. Nam

si Deus est qui hoc aut illud vult facitque,
 quis ei se audebit opponere, quis contradice-
 re? Non est fortitudo, non est sapientia, non est
 potentia contra Dominum. Dubitare non li-
 cet quin Deus sic ordinet, quin ille immittat
 nobis calamitates publicas, & privatas has il-
 lasue afflictiones; proinde de ejus manu cun-
 cta sunt suscipienda. Non est malum in mun-
 do, peccato duntaxat excepto, quod Deus
 non fecerit, ut sæpe testantur prophetae. Quid
 igitur conturbamur? quid ultiones cogita-
 mus? Cur non dicimus potius cum sanctissi-
 mo rege Davide: *si autem dixerit, non places:*
præsto sum, & cum Josaphato: Cum ignoremus,
quid agere debeamus, hoc solum habemus resti-
dui, ut oculos nostros dirigamus ad te. Et
cum Heli pontifice: Dominus est,
quod bonum est coram se, faciat.

1. Reg. c. 3.

✠(*)*)✠

TRACTA-

TRACTATUS
DE
FIDUCIA IN DEVM.
LIBER II.

DE
Motivis Fiduciæ in Deum,
Prooemium.

§. I.

*Quorundam antiquorum præclare dicta de
Providentiâ.*

Quamvis non esset in mundo Providentia, dicebat non nemo ex veteribus, interesset tamen plurimum ad quietem ac solatium, fallere, si fieri posset, seipsum, certoque sibi persuadere ens aliquod supremum existere undique diffusum, qui esset creator, conservator atque rerum omnium administrator super omnia & in omnibus maximus. Aut fingere sibi cum sapientissimis Hebræorum Rabbi in apoph. Hebræ. oculum semper vigilantem, & respicientem omnia: manum omnipotentem, & amplectentem omnia, spi-

ritum infinitum gubernantem & dirigentem
singula ad constitutum finem. Ad hoc velut
alludens S. Augustinus: *Ego dico, inquit, quod
Deus totus est oculus, totus manus, totus pes,
quia omnia videt, omnia operatur, & ubique
est.* Verum quæ Dei gratia est, adumbratis
picturis, vanis persuasionibus, aut falsis ratio-
nibus opus non est ad probandam hanc veri-
tatem. Ut enim testatus olim fuit Apostolus
populis Lycaonicæ in celebri quadam con-
tione: *non sine testimonio semetipsum reliquit.*
Act. 14. Probationes undique suppetunt tam
evidentes, tam firmæ ac certæ de divinâ pro-
videntiâ; sacrarum testimonia scripturarum
tam sunt hac de re luculenta, & creaturarum
voces omnium tam manifestæ atque unani-
mes, ut stupidiores esse trunco aut saxo quo-
vis duriores necesse sit, quisquis hic convi-
ctus non assentitur. Vel unius Dei operis con-
sideratio Epicteti philosophi iudicio suffice-
ret homini prudenti & circumspecto ad cog-
noscendam hanc providentiam non sine sin-
gulari animi voluptate, quam perciperet
sub ejus se videns gubernatione
constitutum.



§. II.

Diffidentia Divina Providentia quam latè pateat, quamque sit noxia.

Nihilominus diffidentia tam altas egisse videtur in animis nostris radices ut quasi in naturam versa præclaram istam lucem vehementer obscuret adeo ut licet universitas creaturarum testetur, Deum esse; licet admirabili concentu has identidem voces auribus nostris ingerant: *ipse fecit nos, & non ipsi nos*; licet notissima tum philosophiæ, tum Theologiæ de divinis perfectionibus doctrina magnam nobis ingeneret cognitionem; nescio tamē qui fiat ut nihil nobis difficilius, nihil videatur tam violentum, quàm fidere Dei bonitati, ejusque sanctissime providentiæ rerum nostrarum cursum committere. Res verè digna admiratione in hominibus etiam nostræ conditionis, qui quotidie loquuntur de Divinitate, qui oblationibus & sacrificiis eandem adorant, admirantur ejus magnitudinem, venerantur majestatem & imperium in res omnes creatas. Quorsum hæc omnia? Quid tandem prosunt, si fructum inde nullum decerpamus nobis? Quid juvat aut habere, aut fateri immensæ bonitatis, infinitæ sapientię, insuperabilis potentię fidem, si al-

eum in necessitatibus non recurramus? Quid
interest inter eum qui credit quidem & colit
conditorem suum, sed cui non fedit; & eum
qui de illo non cogitat, cuius nec cognitionē
umquam ullam habuit; in quo horum alter
alteri præstat? Non credere Dei providentiā;
& non habere in Deo fiduciam. Unum fere
idemque videtur esse. Hæc ergo diffidentia
privat nos ineffabilibus bonis, beneficiisque
innumeris quæ in Deo habemus reposita, &
ab eo percipere possumus. Illā ergo generoso
conatu oportet aggredi & radicitus evellere
ex animis nostris ut ejus loco inferamus he-
roicam invictamque in Deum fiduciam quæ
nullis creatis viribus, nullis umquam casibus
convelli atque cripi nobis possit; sed dicere
possumus: *propterea non timebimus, dum tur-*
babitur terra & transferentur montes in Cor-
maru. psal. 45. Sed ante omnia audiamus ip-
sam naturæ vocem hac super re: videamus di-
gitum Dei impressum animis nostris & locū
signaculi ejus cum nos condidit, nam quæ
deinceps afferemus motiva, plus habebunt
ponderis si intelligantur consentire inclina-
tionibus naturæ nostræ cum eaque conspira-
re ad eundem effectum producendum.

CAPUT

CAPUT I.

Primum Motivum Fidei in Deum, deducitur ex eo quod in magnis ac subitis casibus naturæ instinctu recurrimus ad Deum.

§. I.

Natura nobis suggerit in necessitate recursum ad Deum.

Non vereor statim ab initio diserte affirmare fiduciam habere in Deo, actum esse humanum nec industriâ acquisitum, nec labore partum, nec studio comparatum, sed potius Dei munus congenitum nobis, ab eodemque donatum, cum ætate confirmatum & iisdem cum vitâ nostrâ augmentum incrementis, adeo ut vita nobis citius eripi possit, quam signaculum hoc animis nostris impressum deberi. Est quippe verissimum, nihil cordibus nostris insitum profundius, nihil quod erumpat facilius, nihil quod supprimatur difficilius, nihil quod cujusvis conditionis hominibus sed communius quam attollere vocem atque oculos ad Deum, etiam cum de illo minime cogitamus, quoties improvise aliquando atque inopinato casu, injuriâ aut damno afficimur. Hinc fit ut etiam dissolutæ vitæ homines,

nes, Epicuri de grege porci, barbari atque athei qui de Deo nihil unquam didicerunt, qui studuerunt pecudum potius quam hominum ritu vivere, qui conati sunt omnes pietatis sensus à Deo ipsis inditos virtutumque semina extinguere, ut illarum loco vitia quæque & scelera germinant, huiusmodi inquam perditorum hominum monstra, cum gravi aliquo insperatoque malo procelluntur, non possunt evitare hunc naturæ impetū quin continuo oculos ad cælum elevent, operaque implorent cælestem; sed quisque illorum dicet Domino: *Susceptor meus es tu & refugium meum: Deus meus, sperabo in eum.* Quod si non ore, mente certè cogitationeque dicunt. Non enim potest primis istis naturæ impulsibus obniti, & rationis naturalis intercludere vocem, quæ illi originem sui in cælo esse inclamat, nec alium esse qui se conservare possit, quàm qui creavit. Quidquid faciat, extinguere nequit lumen hoc quod oculos ejus perstringit. Ita cogit opem à suo Conditore implorare cum aliunde nullam obtinet. Denique necesse est, ut opus ad suum redeat opificem, imago suum agnoscat pictorem & prototypum, creatura suo se creatori reddat & committat.

Hujus rei testimonium ex psalmis David

REgius propheta David rem hanc in quibusdam psalmis multâ cum emphasi declarat, in quibus istiusmodi impiorum hominum hypotyposin ponit ob oculos quibus creatis omnibus derelicti confugiant a Deum, ut accidere solet exempli gratia in calamitatibus publicis quibus mederi humana facultas nequit, aut in naufragio inevitabili, aut latè grassante incendio, quo sub involvuntur. *Anima eorum, inquit, in mare tabescebat: turbati sunt & moti sunt sicut ebrius: & omnis sapientia eorum devorata est & clamaverunt ad Dominum cum tribuerentur &c* Psal. 106. Describit ibi fluctantes in medio maris ventis & tempestatibus concitados homines, quibus omni humano præsidio destitutis obversante ante oculos dirâ mortis imagine, natura suggerit divinum Numen. Hæc illis linguam solvit ad implorandum ab eo auxilium: hæc mentem oculosque ad cælum impellit, unde illud sperare possint. Ita fit ut qui antea gloriabantur non nosse Deum, in necessitate cum corde invocent, illi templa voveant &c. Quo facto ejus agnoscunt potentiam &c.

miserecordiam ejus infinitam confugiunt,
quam confitentur, in qua spem omnem suam
collocant.

§. III.

Exemplum Israëlitarum, & Paganorum.

HOc modo faciebant olim Israëlitaë ut
pluribus narratur in libris Exodi, Judi-
cum, & Regum. Cum primum illi pace frue-
bantur & rerum omnium abundantia, obli-
viscebantur Dei sui à quo in terram lacte &
melle manantem erant introducti, omne ve-
rò studium ac curam convertebant ad fabri-
canda ex auro & argento, ex lignis & lapidi-
bus Deorum simulachra. Statuebant sibi in
Deos Astarotem aliquem aut Baalem simi-
lesque gentium falsos Deos, quos turpissimâ
atque ignominiosissimâ idololatriâ colebant,
adeo ut necesse fuerit Deum immittere in il-
los fulgura & fulmina, eosque ad mortem
usque persequi variis calamitatibus ut sacri-
legos ab impuris altaribus abstraheret. Nec
frustra, diuturnis miseriis atque afflictionibus
vexati redibant ad officium, dabat vexatio
intellectum. Tum demum infames deos suos
detestabantur, dejiciebant statuas, demetie-
bantur aras, ad Deum verum revertebantur
operti cinere & cilicio, profusis lacrymis ve-
niam

niam poscebant & misericordiam. Cum
 deret e. s. ait Psalmista, querebant eum: &
 vertebantur. *Id est* diluculo veniebant ad
 Psal. 77. Tunc verè apparebat quid
 sentirent, ut credere liceat, quidquid tem-
 peritatis fecerant, fide simulateque
 cisse, quippe quibus natura nunquam fici-
 lata est, ut ligno & lapidi divinitatem tri-
 rent, nec illa didicerunt magistrā divi-
 quid in sculptis hominum pecudumque
 mulachris agnoscere aut venerari; sed
 humillecebris voluptatum dementan-
 gā excecatis prosperitate degenerant in
 probum sensum, incideruntque in eam an-
 tiam & stupidam impietatem. Ethnici
 que & inter eos præcipui idolorum cultores
 quis credat? Illi ipsi qui tanto infan-
 Idolorum studio ut proprios etiam liberos
 fictis diis immolarent, rebus secundis afflu-
 tibus; hos continuo cumulatā fortunā de-
 rere sunt soliti; quos antea impensè col-
 rant ædificatis aris, & templis, quibus libe-
 rant, quibus sacrificaverant thure ac victi-
 quos coronaverant, ingenti pompa & ma-
 ficientia, hos simul ac tempestas aliqua
 rum ingruerat vel belli vel contagionis,
 agrorum vastitatis ex inundatione aquarum
 ex pruina, ex grandine, certatim relin-

bant, templa eorum sine curâ, sine incensis, sine sacrificiis, sine sacrificulis desolata visebantur; eorum antea studiosi cultores adversis fortunæ casibus afflicti unius Dei; cœli atque terræ Imperatoris gratiam opemque implorabant, Numen aliud nullum agnoscētes, pene obliti nominum Jovis, Martis, aut Mercurii, inquit Lactantius, quibus divinos prius honores detulerant, pressi malis velut superflua & vana ludibria æstimabant, eū suspirabant à quo solo juvari poterant, in cœlum manus oculosque attollebant, inde medicinam, solatium auxiliumque in doloribus & necessitatibus suis expetebant. Dubitare igitur non possumus, quin natura sibi relicta & permissa proprios sequi motus, recurrat sua sponte ad conditorem suum, nosque ad implorandam ejus omnipotentem misericordiam excitet tacitis quibusdam impulsibus, quos etiam si velimus, cohibere aut dissimulare nequeamus.

§. IV.

Rekursus ad Deum semper est necessarius.

Superest nunc ut cogitatione ad nos reflexâ Scogitemus attentius hanc singularem naturæ nostræ inclinationem animis nostris inditam ad eius in necessitatibus extremis exquiren-

quirendum auxilium nequaquam permittimus
ut illud nullâ urgente necessitate expos
negligamus, quin potius pari ratione no
debet esse incitamento, ut in illo uno spem
mnem atque fiduciam nostram collocemus
quandoquidem ipse semper est æque potens
æquè Deus noster, ejus adjutorium sive
prosperis sive in adversis nobis omnino
necessarium. Quemadmodum verò natura
li instinctu quem nobis indidit, impellit
ad suam opem quærendam cum gravi aliq
calamitate opprimimur aut inopinato
affligimur, ita quoque mandatum dedit
gans nos ut in illo solo spem omnem pos
mus, illum omni tempore cum filiali am
atque fiducia invocemus. At ô cecitas
nostram! ô corruptos naturæ nostræ mores
Quot invenimur homines qui nunquam
cælum aspiciunt nisi cum despiciuntur
terra: nunquam potentiam Dei cogitant
cum ab impotentia creaturarum cogitantur
Verissimè dici potest, quod sicut cujusvis co
ditionis homines magno ad Deum fervore
confugiunt ut in subitis malis quibus occu
pantur, opem inveniant aut levamen in de
lorum quibus cruciantur, insolita acerbitate
ita vix reperiatur qui nullis pressus malis
vinam imploret misericordiam, perinde ac
aliud

aliunde satis suppetat opis ut è cœlo petenda
 non videatur. Res sanè est nunquam satis æ-
 stimanda, nunquam dignè deploranda, vide-
 re tot homines tot tantisque cœlestis gratiæ
 donis cumulatos, paternâ plusquam curâ ac
 tenerimofotos amore, pretioso Filii Dei
 sanguine lotos, ejus vivifica carne multis an-
 nis pastos, quos non latet gubernari se infini-
 tâ sapientiâ, procurari sua sibi commoda in-
 credibili studio, amari se unicè ac velut in o-
 culis visceribusq; gestari; nec tamē tantis in-
 duci argumentis, ut Deo fidant, divinoque se
 ductui committant, nec ad eum confugere
 nisi quando spes nulla superest auxilii aliun-
 de obtinendi. Quid est hoc aliud quam con-
 fusissima indignissimaque agendi ratio plena
 errore, cæcitate, infantiâ atque illusione exe-
 crabili; Profecto nō insipienter nobilis quidā
 Japon temporibus S. Francisci Xaverii Chri-
 stianam religionem appellavit, audacem
 stultitiam. Nam revera, quid magis arduum
 quam concipere in Deo eam bonitatem ac
 misericordiam quam fides nos edocet, qua
 nasci voluit in vili stabulo, quâ mori in crucis
 infami stipite amore nostri? Quid verò stul-
 tius quā hujusmodi bonitatem & misericor-
 diam Dei credere infinitam erga nos, & ta-
 men minus illi fidere quā vanitati & insa-
 niis

niis falsis? quod est sequi ignes fatuos qui
in avia & præcipitia ducunt.

§. V.

Exemplum Israëlitarum poscentium sibi regem

NUnquam sine indignatione lego illud
de Israelitis l. i. Reg. narratam huius
riam, quare fertur quod *Congregati unum
maiores natu Israël venerunt ad Samuelem
dixeruntque ei: Constitue nobis Regem ut iu-
cet nos sicut & universæ habent nationes. &
grediatur ante nos & pugnet bella nostra pro
bis c. 8.* Quo facto ostenderunt, licet alio
prætextu peterent, gubernationem Dei
displicere, & si non haberent humanos mag-
stratus quorum prudentiâ ac imperio reger-
rentur more aliarum gentium brevi se ab his
sibus suis oppressum iri. O popule stultus
que ingrate; Aude ne hanc irrogare Deo ini-
juriâ, legitimum Dominum tuum abjicere
ne regnet super vos? In Dei thronum subro-
gare mortalem? Fierine potest ut plus fiduciam
habeas in homine mortali vilissimo quam
vermiculo, quam in potentissimo & immen-
tali universorum Monarcha? Num expectas
es aliquando manum ejus infirmam qui
bus digitis appendit molem terre? Num iustitiam
plus ac sapientiæ, plus fidelitatis & charitatis

in administrandis negotiis tuis inesse putas homini quam Deo? Unde ista tam enormis stultæ mentis cæcitas?

Sed hic perversissimus agendi modus eò est intolerabilior in nobis quo magis nos quàm Judæi & ratione instructionis melioris & plurimum nomine beneficiorum Deo obstricti sumus. Nec tamen desisimus prudentiam carnis præferre divinæ providentiæ & nisi gravi aliqua necessitate coacti ad Deum solum spem nostram referamus, fallaci nimium imaginationi confidere. Experiimur enim, quamdiu nobis judicium aliquod remanet ad deliberandum de rebus agendis, quamdiu allucet à rebus creatis spes aliqua vel liberationis vel levaminis malorum quæ patitur, non magnopere nos Deum ejusque opem curare, perinde ac si nullum sit ab eo expectandum auxilium aut nullo modo nobis necessarium, adeo ut vix unquam sincero corde ad Deum confugiamus nisi cum erepta nobis videtur libertas cogitandi cujus alterius potissimum consilium opemque imploremus in desperatissimo aliquo negotio cui tamen cupimus providere; aut cum manifestè deprehendimus nihil esse in humanis rebus unde successum optatum sperare possimus.

In hanc rem referri potest digna memora-

tu historia quam paucis complectitur S. Joannes in suo Evangelio occasione alicujus miraculosi prandii quo Christus Dominus refecit quinque aut sex millia hominum qui in desertos montes secuti erant suavissimi divini verbi prædicatione attracti : quibus cum fame laborantibus non suppetere unde eam explerent misertus afflictæ multitudinis JESUS, quos jam spirituali cibo paverat, constituit etiam corporali satiare, & quamvis optimè sciret, quid esset facturus, explorandi tamen causâ fiduciam Apostoli sui Philippi, hunc super præsentī necessitate consuluit. Ubi advertere licet Apostolum hunc familiarius solitum cum Christo loqui, uti constat ex eo quod ipse alias in præsentia aliorum non dubitavit rogare Christum: *Ostende nobis Patrem* Joan. 14. Alio tempore cum quidam gentiles vellent Jesum videre, accesserunt ad Philippum ut per eum, quem Christo familiariorem existimabant, facilitatem obtinerent accessum. Nec dubium est quin ipse quoque sufficienter cognitam habuerit Magistri sui omnipotentiam, bonitatemque infiniram, cujus quotidie videbat illustria argumenta. Nihilominus cum respondere debuisset illi tam celebri tantorum miraculorum patratori, à quo honorificè inter-

roga

rogabatur, quia posset ratione famelicæ turbæ
de panibus provideri, cum inquam sine hæ-
sitatione respondere debuisset, admirabili
ejus providentiæ qua tot Angelorum in cælo
millionibus conservat vitam, & innumerabi-
li animantium in terra multitudini escam tri-
buit in tempore opportuno, haud esse diffi-
cile huic turbæ hominum qui cibi potusque
immemores cælestis amore doctrinæ eū se-
quebantur, mensam parare in deserto. Et nisi
aliunde constaret ejus responsio, quis non
crederet sic illum paucis respondisse? Verum
non eo usque pertingebat ingenium ejus;
sed quantum humanā ratione assequebatur,
erat, ut summam aliquam pecuniæ quam ad
coemendos panes necessariam putabat, defi-
nirer. Respondit enim: *ducentorum denario-
rum panes non sufficiunt eis ut unusquisque
modicum quid accipiat.* Quod si sub pœna ca-
pitis ei fuisset imperatum ut ducentos illos
denarios ipse procuraret, aut inde profici-
retur quæsitum panes necesarios tantæ mul-
titudini, quos solus ipse suis humeris com-
portaret, quid hic fecisset Philippus? sine du-
bio audentissimè implorandam sui sibi Ma-
gistri gratiam opemque & intentatam mor-
tem redimendam censuisset exiguo pietatis
ac fiduciæ in Deum pretio.

§. VI.

Reflexa dictorum consideratio

O Ingens & deploranda mortalium per-
versitas! ut nos ad se attrahat Deus ne-
cesse est ut nos ad impossibile perducatur: ut ad
ipsius pedes prosternamur, auxilium postula-
turi, necesse est ut infatuet consilia nostra; ut
quasi iudicio nos privet, ad extremum igno-
miniarum ac miseriarum prolapsos, secundi
ad quod Propheta ait: *imple facies eorum igno-
minia & quærent nomen tuum Domine*. Ne-
cesse est ut creaturas omnes contra nos armet
hostilem in modum, ut nos inducat ad favo-
rem suum amicitiamque quærendam, qui
deberet esse commune refugium nostrum,
anchora spei nostræ, atque unicum malorum
nostrorum levamen. Non sic Domine Deus
meus, non sic fiet à me imposterum, polliceor
tibi adjuvante gratia tua. Ponant alii fiduciam
suam in fortunæ prosperitate, in amicis, in
scientia, in nominis æstimatione, in viribus,
in exercitiis & apparatu bellico, in quibus
ac thesauris suis evocet illi ut voluerint, crea-
turas omnes velut subsidiarias copias, ad au-
gendam ac corroborandam potentiam suam
immemores tui, nisi cum malorum magni-
tudine victi, alterius meminisse non possunt.

Ego vero in te sperabo Domine, fiducialiter agam. Tuâ filius clementiâ, & nunc palam profiteor testesque invoco Cælum & terram, non expectabo subitas & urgentes necessitates ut confugiam ad te, sed omni tempore, loco, occasione, in omni oratione ac operatione tuæ fidei ac tutelæ me committam, tu eris præsidium meum, refugium meum, adiutorium meum; absit ut sperem aliunde quam à te auxilium vitæ meæ; *Quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me.*

§. VII.

Philonis observatio in hanc rem notatu digna.

Concludo hoc caput doctrinâ Philonis Judæi notatu digna, qui libro quod detentius potiori insidietur, ostendit non necessitate solum sed stricta etiam & singulari obligatione teneri nos in quantum homines sumus, in Deo solo spem omnem collocare. Ille igitur in explicatione cujusdam textus desumpti ex Genesi, ubi dicitur de Patriarcha Enos secundum versionem 70. interpretum: *qui primus speravit invocare nomen Dei.* Genes. 4. sic loquitur (sensum reddo non verba) Rectè omnino hic dictum est de Enos ejusmodi verbis; nam nihil magis hominem de-

cet quam sperare & possessionem bonorum omnium expectare ab unius Dei magnificentia. Et ut dicam quod sentio, eos solos homines æstimo qui huiusmodi spem habent, qui verò ea sunt destituti, non mihi videntur inter homines numerandi, utpote qui nihil habeant naturæ rationali proprium. Et re ipsa, postquam Scriptura sacra de sanctissimo hoc Patriarcha dixisset; *iste coepit invocare nomen Domini*, continuo subdit: Hic est liber generationis hominum; scriptum est enim, quod ille solus homo est qui sperat in Deo solo. Iste est discursus Philonis cui quod addam hac super re nihil habeo.

CAPUT II.

Secundum motivum Fiduciæ in Deum, sumitur ex fidelitate Dei in suis promissis.

§. I.

Magnitudo & certitudo Promissionum Dei.

Alterum fiduciæ motivum, quam habere nos oportet tamquam filios erga Patrem nostrum cœlestem, sumitur ex infallibili fidelitate amplissimarum promissionum quibus suam nobis fidem divinaque

dicta
quem
cum p
nunq
tius d
etiam
desid
deven
tion
gnor
simu
spei
que i
sapie
ter p
fione
quod
vide
men
facie
Qu
prom
peti
Om
pos
mag
ran
Ma

dicta Deus obligat, ita ut si speremus in ipsū
quemadmodum ipse nobis præcipit, firmā
cum persuasione, quidquid tandem eveniat,
nunquam nos ab illo deferendos, immò po-
tius bonis omnibus, gaudio ac solatio mediis
etiam in miseris cumulandos, id quod solū
desiderare possumus, si quem forte in locum
devenimus, in quo videamur nihil nisi affli-
ctiones experturi: fidelis inquam Deus oppi-
gnorat dicta sua adeo ut infallibiliter visuri
simus, votis nostris ac desideriis omnique
spei satisfactum abunde. Neque id semel at-
que iterum asserit duntaxat, sed centies etiā
sæpiusque repetit. Nec satis illi est simplici-
ter promittere aut iterare aliquoties promif-
sionem suam sed ita asseverat ut juramento
quoque iterato confirmet, quemadmodum
videre est apud S. Joannem cap. 14. *Amen A-
men dico vobis qui credit in me, opera qua ego
facio & ipse faciet & maiora horum faciet.*
Quod paulò post declarans bis iisdem verbis
promittit sese facturum, quodcumque quis
petierit in nomine ejus. Et apud S. Marcum:
Omnia possibilia sūt credenti. Sed quia hæ pro-
positiones generaliores sunt, ad particularia
magis descendit, & inter alia adducit admi-
randum fiduciæ virtutis exempli. in his apud
Matthæum & Marcum verbis: *Amen dico vo-
bis*

bis, quia quicumque dixerit huic monti. Tolle
re & mittere in mare, & non haesitaverit in
corde suo, sed crediderit, quia quodcumque di-
xerit, fiat, fiat ei, & nihil impossibile erit cre-
denti. Quod si quis fidens Deo, potest virtute
fidei ac fiducia transferre montes de loco in
locum, quidni poterit ejusdem fidei efficacia
& spe infallibilis auxilij quod promisit Deus
tanta asseveratione, aut imminens evadere
periculum, aut optatum intricati negotij ob-
tinere successum, aut qua forte premitur, sub-
levare necessitatem? Qui tantummodo leget
scripta Prophetarum atque in primis pla-
mos 29. 30. & 124. videbit quantopere Deus
se obliget ijs qui sperant in eo, & obstupescet
attendens admirabilem loquendi modum,
quo Deus hac super re utitur. Non igitur du-
bitare de hac veritate magis possumus, quam
de vita nostra atque ipsiusmet Dei, & de pri-
mis fidei principijs ab ipso nobis revelatis.
Hinc abundanter volens Deus ostendere polli-
citationis hereditibus immobilitatem consilij, ius-
sit Apostolus ad Hebræ. 6. interposuit iur-
randum: ut per duas res immobiles quibus im-
possibile est mentiri Deum, fortissimum solatium
habeamus qui confugimus ad tenendam propo-
sitam sper. ut nec timere, nec haesitare um-
quam possumus quidquid demum acciderit,
hoc

I. 4.

hoc quasi duplici tecti munimine, contra omnes impetus atque hostiles assultus creaturarum. Hoc sensu loquitur Regius vates: *Scuto circumdabit te veritas ejus.* Quasi dicat quocumque te verteris promissis divinis semper eris coronatus ac munitus velut clypeo telis omnibus ac ictibus impervio, illaque poteris, si volueris repellere; quod si pati malueris, nunquam afflictiones, quasunque creaturæ minari videbuntur, tantæ erunt quin promissa nobis à Deo felicitas, quâ de illis gloriose triumphabimus, etiam cum videbimur illis succubitori, longè sit futura major. Ad hunc excelsum perfectionis apicem ascendit insignis Dei famulus Joannes Ximenes Societatis nostræ Religiosus, de quo narratur quod tantâ fuerit præditus fiducia in bonitate & fidelitate Dei ut in omnibus & per omnia hujc uni se totum committeret, nusquam aliò respiceret in quibuscunque eventibus, nullum aliud scutum opponeret quibuslibet creaturarum incursum, quàm divinarum promissionum, quas de perpetuâ suâ protectione Deus illi fecerat inviolabiliter servaturus.

§. II.

Quam felicitatem Deus promittat in adversitate confidentibus in eum.

Vel sola cogitatio hujus felicitatis ineffabili replet gaudio eos qui confident in Deo, etiam tunc cum vident maximas sibi imminere ærumnas Unde fit, ut tametsi possent illas omnes longè à se amandare, quemadmodum non rarò pro imperio sedarunt tempestates, astrorum stiterunt cursum, elementum mutarunt naturam; maluerint tamen eas sustinere, ut inæstimabilibus fruerentur bonis, quæ præparavit Deus his generosis animis, qui in suis tribulationibus sperant in illo. O mi Creator Domine Deus! fieri potest, ut ubi mundanus sensus non nisi horrorem invenit & misérias, ibi occultaveris beatitudinem & delicias confidentibus in te? Beatos Scriptura sacra pronuntiat, *pauperes spiritu*, beatos *qui persecutionem patiuntur*, beatos *quibus maledixerint homines & adversum quos dixerint omne malum*. Itane angustis, calumnijs, doloribus oppressi, esse beati possumus? Possumus enim verò, si fidem firmam habeamus ac stabilem veritati Dei confirmantis se nobis præsentem adesse afflictis, Audi ejus nomine testantem Davidem

dem: Cum ipso sum in tribulatione, eripiam
 eum & glorificabo eum. Psal. 90. Nonnunquā
 verò tantis afflictos replet consolationibus,
 ipsosque dolores tam admirabili modo con-
 dit ac dulcorat, ut vix sentiantur. Hujus veri-
 tatis testem fidelem habemus Gentium Do-
 ctorem, qui seipsum in exemplum adducit
 his verbis mirificis: *repletus sum consolatione
 superabundo gaudio in omni tribulatione no-
 stra.* Tanti ergo hospitis beneficio, Dei in-
 quam præsantis, non sentimus mala ipsa quæ
 patimur tantis divinitus cumulati benedi-
 ctionibus & inenarrabili voluptate. Quæ e-
 nim terrenæ afflictiones non facile absorbeā-
 tur cœlestibus consolationibus & gaudiis
 quibus perfunditur animus in penetrali cor-
 dis sui Deum præsentem & consolantem se
 atque beatificantem adorans; adeo ut crescē-
 tibus doloribus, eorum sensus imminuatur,
 & gustatâ divini consolatoris dulcedine, æ-
 rumnarum amaritudinem vix percipiat. De-
 inde quî fieri potest, ut velint, qui magnâ cū
 fiduciâ Deo adhærent, mala quæ sustinent, à
 se pro imperio ablegare, aut liberari, ab iis
 optent; cum videant se privandos cœlesti
 voluptate, quæ illis optabilem potius reddit
 perpeffionem adversitatum, utpote sine qui-
 bus eam, quâ fruuntur, non consequerentur
 feli-

felicitatem. Omnino verissime mihi dici
posse videtur, quod tales hac ratione multo
excellentiùs ab omni malorum genere liberi
sint, quam si mala nulla paterentur. S. Bernar-
dus, si quandoque nihil sibi tolerandum ac-
cidisset, tanto Deum perdendi metu angeba-
tur ut ad maiorem securitatem cum Deo se
percommorandi, enixè eum rogaret, ne se
relinqueret umquam sine tolerantia afflictio-
num; adeò ut, quicumque tandem casus nobis
eveniat sive injurià temporum ut solemus
loqui, sive hominum malitià, sive nostrorum
sit mors amicorum, sive propria corporis
nostri infirmitas & adversa valetudo, sive
quodcunque aliud infortunium divina ordi-
nante providentia, rebus nostris accadat, nun-
quid desinet vera nos felicitas prosequi, & in
omnibus se nobis comitem præbere, si spe-
remus in eo qui nostra est felicitas, & præses
nobis assistit in omnibus adversitatibus se-
cundum ejus ipsius testimonium infallibile:
Cum ipso sum in tribulatione.

§. III.

*In prosperitate quoque Deus assistit confi-
dentibus.*

Minimè verò hæc sic dicta velim quasi
nos destituat Deus in prosperis & se-
cun-

I. 4.

cundis rebus, modò hæc nihil imminuant de
confidentia studio quo divinæ ejus Provi-
dentia totos nos acerbemus regendos com-
mittere. Quot numerare possemus illustres
omnium ætatum personas quæ rore cœli &
consolationum spiritualium abscondito mā-
na saturatæ, etiam pinguedinem terræ & bo-
norum temporalium ubertatem comede-
runt. Ipsa adeo prosperitas fructus illis est di-
vinæ misericordiæ secundum Dei ipsius
promissionem, qua se obligavit devotis sibi
famulis ad effundendas super ipsos, ipsorū
familiam, liberos, terram, omnemque hære-
ditatem ac possessionem pleno copiæ cornu
cœlestes benedictiones. Sic per Moysen olim
pollicitus fuit Judæis in hæc verba: *Veniens
super te universa benedictiones ista. Benedictus
tu in civitate, & benedictus in agro, benedictus
fructus ventris tui, & fructus terra tua, fru-
ctusque jumentorum tuorum greges armento-
rum tuorum & caula ovium tuarum? Bene-
dicta horrea tua & benedicta reliquia tua. Be-
nedictus eris ingrediens & egrediens.* Deut. 28.
Nos quoque vicissim sine intermissione be-
nedicemus ac laudabimus Deum Dominum
nostrum tam misericordem, tam liberalem,
tam amantem nostri, omnia bona nostra &
possessiones nostræ, & omnia quæ intra nos,
sunt

sunt benedicent nomini sancto eius, omnia ossa nostra benedicent, omnes venæ, omnia viscera, omnes artus, omnes cordis motus, omnes mentis nostræ cogitationes, omnes capilli capitis nostri gratias agent Deo. *Omnia ossa mea dicent: Domine quis similis tibi?* Et quia naturæ nostræ tenuitas non sufficit dignæ gratiarum actioni, invitabimus cælum & terram & omnia quæ in iis sunt, ut consensu nobiscum vocibus, totis viribus omni-que conatu laudent & glorificent Deum. *Benedicite omnia opera Domini Domino.* dicemus cum tribus pueris in fornace Babylonica canentibus. *Laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite Angeli Domini Domino Benedicite cæli Domino, &c.* Dan. 3.

§. IV.

Quid spectet Deus in adversitatibus nostris.

Verum quia prosperitates magis suspectæ sunt & periculosæ quæ Syrenum more blandiendo seducunt aut mollium instar pulvinarium facilem præbendo somnum, oblivionem inducunt retinendæ in Deum fidei-
ciæ quam ad res creatas transferunt, idcirco mavult Deus fideles sui cultores miraculose etiam modo in tribulationibus delectare.

quàm exponere incantationibus & blanditiis
prosperitatum, quibus sensim ad terrena at-
tracti cœlum præ terrâ despicerent & cœle-
stem fortasse gloriâ æternum perderent: aut
ut monet S. Augustinus, ne viator tendens in
patriam, stabulum amet pro domo suâ. Præ-
terquam quod omnes istæ, quæ ex rebus pro-
speris percipiuntur delectationes, tam sunt
viles, tam vanæ, tam plenæ dolis & illusio-
nibus, tam discrepantes à consolationibus
spiritualibus, quæ solæ sunt & verissimæ de-
lectationes ut multò sit melius illis prorsus
carere, quam subire periculum, ne ab illis in-
errorem etiam levissimum inducamur. Hanc
ob causam cum Deus dilectis amicis suis
præparat præclarum calicem adversitatum,
plus solet admiscere myrrhæ quam vini, plus
fellis quàm mellis, quem tamen cum in ma-
nus sumunt atque epotant, ea dulcorat sua-
vitate, talesque divinitus instillat consolatio-
nes, ut amaritudinem extremis duntaxat la-
biis se degustare arbitrentur, ut facile hîc ag-
noscant potentem Dei dexteram quæ istam
fecit virtutem, Quippe omnem creaturarum
virium industriam atque potentiam longè
excedit, amatori eum indere dulcedinis gu-
stum, qui suâ omnes totius mundi delicias
suavitate superet. Sic igitur innocentes ani-
mæ

mae non minus Deo quam divino gaudio plenae, ipsis in afflictionibus laudant & glorificant Deum Creatorem suum, & tanti auctorem miraculi; videntem divinas promissiones tam fideliter impletas ac servatas, confirmant se amplius & corroborant in sua erga Deum heroicâ fiduciâ, nec ullo modo dubitant, quin Deum cordis sui hospitem praesentem habeant, illum enim, ut sic dicam, sentiunt, illum audiunt, illum gustant, adeoque eo in statu felicitatis sibi complacent ut huius pro totius mundi gloriâ, pro regum potentia & opibus nollent permutare. Ecce sic Deus tractat sperantes in ipsum, illis seipsum communicans, benedicens illis eorumque familiae negotiis, & rebus omnibus quae ad illos pertinent in maximis eorum calamitatibus. Unde hi quoque tantis de Caelo cum lati beneficijs, quae pluris aestimant, quam universa mundi bona, effundunt se vicissim laudes Dei & gratiarum actiones, glorificantes Deum non secus ac alij ex toto corde, & tota mente ex totis viribus corporis ac animae & ad collaudandum invitant omnes creaturas cantantes in suis afflictionibus cum nobis istis sanctissimis Dei cultoribus in camino ignis ardentis. *Benedicite omnia opera Domini Domino; &c.* Sed ista hic attigisse suffi-

ciat, quæ tamen quia singularem afferunt consolationem, nequaquam prætermittenda putavi, pluribus tamen alio in loco prosequar & perficiam.

§. V.

Repetita dictorum consideratio.

Quod si quis hisce non minus præclare quam verè dictis non movetur ut spem suam omnem in Deo ponat, ne bono bonis omnibus mundi præferendo privetur, hunc ego non verebor insanum dicere, aut nescio quibus veneficijs dementatum in suis miserijs æstimare; utpote qui ad quærendum aliud quod suis in ærumnis levamen, non dubitat procul abire ut fodiat sibi in sudore vultus sui cisternam dissipatam quæ continere non valet aquam, nec nisi fætentem præbet & corruptam; cum habeat prope fores suas fontem perennem aquæ vivæ salientis in vitam æternam, unde possit haurire in gaudio copiam cœlestium consolationum, quæ afflictionum omnium ardorem extinguunt. Dic mihi Anima diffidens & modicæ fidei, quæ times ne terra te deficiat in medio terræ & velut desperata quereris vitam tibi exosam esse in tantis calamitatibus & persecutionibus, quas pateris, dic, inquam, credisne

H sal-

I. 4.

saltem in Deum qui te condidit? Credis
eum esse omnipotentem, sapientem, ver-
acem in dictis suis, fidelem in promissis? Si
non credis, abi igitur post vestigia gregum
tuorum, inter feras & bestias pascere, utpote
indigna quæ inter homines numereris, ac
nomen geras rationalis Creaturæ, quando
quidem non agnoscis Creatorem tuum.
Quod si eum confiteris & credis esse, quod
est, plenum virtute, sapientiâ, bonitate, fide-
litate, cur non recurris ad tam potentem tan-
studio sum tui protectorem? Cur non ruis
amplexus ejus expansis brachijs te benevolæ
præstolantis? Numquid non invitat ad se om-
nes? Numquid non clamat? *Respicite filij na-
tiones hominum, & scitote quia nullus spera-
vit in Domino & confusus est.* Quapropter
adhuc caligas ad tantam lucem meridiana
Sole clariorem, si divinis ejus inspirationi-
bus, quas tibi suggerit, non moveris, negas
non potes emotæ mentis te esse aut Crea-
turarum incantationibus miserrimè deludi.

§. VI.

*Falluntur qui sperant à Deo, spiritualia bona
& non temporalia.*

Observo præterea aliam hac in re diffi-
cultatem hominum, quam non possum qui-
am

infirmi-
m, vera
illus : S
a gregu
e, utpote
eris, ac
quando
m tum
te, quatu
tare, fide
ntem
non ruit
benevol
ad se om
e filij no
llus sper
propter
heridiam
piratione
s, negat
aut Cree
de delat
ia lina
e diffi
Hum qu
itio

infirmi-
videntur enim nonnulli distinguere inter di-
vinas promissiones & alias ad spiritualia bo-
na referre, alias ad temporalia. Nam non de-
sunt qui re ipsa magnam habent fiduciam in
divina bonitate quo ad res spirituales; non i-
tem quod ad alias attinet. Quid est hoc aliud
quam alteram Dei manum fingere debilem
ac impotentem, aut ejus verba suspecta red-
dere cum aliud quiddam promittunt quàm
quod spectat ad negotium salutis nostræ?
Quæ est hæc cæcitas & dementia? Non dubi-
tamus de infinitâ Dei misericordiâ quin e-
mundaturus nos sit ab omni inquinamento
peccatorum, quin liberaturus sit nos à dia-
boli tyrannide & recepturus nos in gratiam
amicitiæque suam salutaris Sacramentorum
usu adjuvantibus etiam suspirijs nostris quæ
corde contrito & humiliato emittimus te-
stantia internum animi dolorem de ejus of-
fensa dignè conceptum. Ecquis obsecro hanc
in nobis spem excitat? Numquid promissio
Dei nobis facta & signata in Scripturis sacris
in quibus palam testatur paratum se ad igno-
scendum peccatori, eumque recipiendum in
numerus filiorum suorum quacunque horâ
convrsus per pœnitentiam ad se redierit.
Hæc divina promissio facit ut magno animo

H 2

om-



omnes vanos timores difficultatesque occurrentes conversioni nostræ superemus ; hæc facit ut provoluti ad genua hominis alicui ei aperiamus delicta juventutis nostræ, & occultissima quæque crimina impietatis nostræ. Nec solum hæc nobis confusio non intoleranda videtur, verum potius facilis & jucunda ob spem nimirum redeundi ad Deo in gratiam quam peccatis nostris perderamus. Ita porro credendi sperandique causam habemus iustissimam, ipsum scilicet Deum qui promisit, qui nec mētiri nec fallere potest, non minus quàm non esse Deus, cuius verba tam infallibilia sunt & immutabilia, ut potius cœlum & terra peritura sim quam iota unum aut unus apex desiderari possit in ejus promissis non impletus. At verum nunquid eodem modo imò & frequentius expressius significantiusque pollicitus est nunquam se derelicturum eos qui confugerint ad se, suam implorarint benignitatem, suæque omnia magna cum fiducia suæ commiserint curæ ac providentiæ. Cur igitur non credimus? Verissimè dixit S. Marcus & nachoreta ut habetur in viris Patrum. *Deo non fudit in his caducis, quanto minus in æternis.* Proinde si fidimus Deo quo ad bona cœlestia & æterna, cur non fidamus quo ad terrena & momentanea?

§. VII.

*Cacitas eorum, qui magis fidunt hominibus
quàm Deo.*


Porro quâ prudentiâ credimus homini pollicenti suam nobis operam tum ad nos protegendum, tum ad succurrendum nobis ejus auxilium imploraturis; fidem verò Dei idem promittentis & sexcenties repetentis vocamus in dubium? Ab homine exigis non tantum ut se tibi nudis verbis obliget sed vis etiam ut illa juramento, scripto, testimonio, & omni demum re quæ securitatem ac certitudinem inter homines præstare potest, confirmet. Nonne & Deus, ut supra diximus, promissis suis addit juramentum, & quidem iteratum prorsusque inviolabile, testes etiam adhibuit cælum & terram, Angelos & homines, obsignavit pretioso sanguine suo, stabilivit innumeris miraculis, confirmavit experienciâ tot seculorum & personarum. Dixit ergo *Et non faciet? locutus est Et non implebit?* Num. 23. Quis hoc suspicari nedum persuadere sibi audeat? Apostolus Paulus loquens de fide Abraham, de eo ait: *Qui contra spem in spem credidit, ut fieret Pater multarum gentium. Et non infirmatus est fide: nec*

H 3

con-



consideravit: corpus suum emortuum, cum in
ferè centum esset annorum & emortuum vi-
vam Sara. In re promissione etiam Dei non ha-
sitavit diffidentia, sed confortatus est fide, ad
gloriam Deo: plenissimè sciens quia quacumque
promisit, potens est ei facere. Ideo & reputatus
est illi ad iustitiam Rom. 4. Et meritò inquit
in hunc locum Philo; nihil enim justius quam
habere Deo fidem, sicut meretur. Unde in
Scripturâ sacrâ non immerito reprehendun-
tur ij qui arguunt quorundam Sanctorum
eximiam in Deo fiduciam; nemo siquidem
est præter solum Deum, qui non possit nos
fallere. Quod si quis his rationibus non mo-
vetur ut magis fidat promissis divinis quam
humanis, unum ex duobus fateatur necesse
est: aut non esse se rationis compotem, aut
Christianam fidem abjurasse; ut proinde di-
gnus sit qui vel detrudatur in carcerem sa-
cræ Inquisitionis fidei; vel in stultorum
ergastulum compin-
gatur.



CAPUT III.

Tertium motivum ductum ex vanitate mundi & confusione eorum qui mundo fidunt.

§. I.

Illustre Testimonium vanitatis mundi.

Vanitas vanitatum dixit Ecclesiastes. Vanitas vanitatum & omnia vanitas Ecclesiastes. Hæc fuit quondam oratio Regis & hominum sapientissimi & regum potentissimi. Mundum appellat ipsam vanitatem, quasi hæc illi non specie tenus aut fortuito duntaxat accideret, sed hæc esset ejus natura atque essentia. Repetit idem verbum facile quinque diversa inflexione alterum alteri neccens more Hebræorum apud quos ille loquendi modus vices superlativorum fungitur, ut significet mundum nihil aliud esse quam rem vanam & vanarum rerum omnium quæ exprimi possunt, vanissimam. His vero talibus verbis utitur Ecclesiastes perfectissima prædita cognitione atque experientia maxima. Illa enim protulit, postquam omni voluptate & delicijs quæ ex amplissimis hujus vitæ bonis percipi possunt, affluxisset. Postquam ædificasset sibi domos ex Jaspide

& lapidibus pretiosis, tantamque præbuisse
 copiam argenti in Hierusalem quasi lapidum
 2. Par. 9. Nomen sumit Ecclesiastæ sive divini
 Oratoris ut ostendat verba sua non velut ho-
 minum ab hominibus judicanda, sed ut ver-
 ba Dei accipienda esse. Nonnulli etiam ante
 pretum notant priusquam ea pronuntiare
 convocasse multitudinem sapientum
 temporis ut se concionantem audirent. De-
 nique Rex fuit divinitus electus, ut esset no-
 mine regum & mundi prodigium in cogniti-
 one veritatum naturalium & supernaturalium.
 Quare credibile non est tantum Monarcham
 tam longa experientia edoctum tam copiose
 luce cœlesti illustratum in tam celebri homi-
 num frequentia velut organum sancti Spiritus
 loquentem quidquam citra veritatem
 exaggerasse. Proinde ejus de vanitate mundi
 testimonium, quantumvis paradoxum ve-
 deatur tamquam verissimum oraculum
 estimari debet.

§. II.

Quare homines mundo fideant.

QUæ cum ita sint quis fieri potest ut nihil
 minus homines sic adhæreant huic vani-
 tati? An non sufficit tantæ testimonium auto-
 ritatis ad cognoscendam veritatem & renun-
 tian-

I. 4. 11

tiandum vanitati? Agnoscenda est sane cum Philone; nescio quæ mentis nostræ hac in re illusio ac stupiditas. Et quidem omnis nostra cæcitas ex quotidiano rerum temporalium usu ex nimia cum illis consuetudine provenire videtur, illæ perpetuo obijciuntur sensibus nostris, occupant cogitationes atque ita dementant ut plus illis fidamus, quam ipsi Deo tametsi illarum perfidiam sæpius experiamur. Verum S. Chrysostomus in quadam epistola perversum hunc nostrum agendi modum adscribit ignorantia veritatis divini illius oraculi, nec dubitat affirmare si vel modicum in nobis esset sapientiæ lumen, fore, ut omnium illud parietibus insculperetur & superliminaribus ædium, inscriberetur vestibulis virorum ac mulierum, exararetur literis aureis in locis publicis ut perpetuo oculis intuentium expositum admoneret unumquemque ne se sineret fucatâ mundi specie, fallacibusque decipi pollicitationibus. Addit deinde. Oportet quotidie salutare illud carmen & in prandijs & in cenis & in conventu unumquemque proximo suo canere & à proximo suo libenter audire: *Quia vanitas vanitatum & omnia vanitas*. Verè nihili à nobis mundus æstimaretur, si semel nobis esset persuasum, illum aliud nihil esse, quam vanitatem,

H s

ejus

eius honores, voluptates, delicias & divitias,
& bona, quæcunque possidet, fallacias esse &
illusiones, & quanto plura promittit, tanto
magis sui amatores deludere.

§: III.

Vana mundi promissiones.

IN hanc rem nonnulli interpretes erudit
explicant illa verba Cantici Canticorum.
Murenulas aureas faciemus tibi Cant. I. Sep-
tuaginta verterunt. *similitudines auri*, atque
absentias auri; quæ duæ postremæ versiones
idem significant; nam similitudo auri non est
aurum, ac proinde necesse est ut inde aurum
absit, ubi ejus similitudo adest. Mundus igitur
sui studiosis promittit picturas & umbras
bonorum, quibus illi tanto studio inhiant,
sed insigniter decipiuntur. Nec tamen toties
delusi, desistunt miseri spem suam & fiduciam
in illo ponere. Super hoc non minus disertè
quam subtiliter discurret S. Augustinus ostē-
dens omnia; quæ in mundo videntur bona,
similitudines esse & figuras bonorum, nec al-
liter se habere, quàm quæ videmus in speculo
in quo, quæ apparent, non insunt, sed foris
posita intuentium oculis specie tenus dantur
atque adeo quod Apostolus scribit ad Hebræos quamvis alio sensu
omnia

I. 4. 11

omnia contingebant illis in figura. accommo-
dari verè potest rebus mundanis quæ adum-
bratæ instar picturæ apparent, nihil in se ha-
bentes solidi, velut pergula pictoris, nihil ve-
ri, ficta omnia exhibet. Consolationes tuæ, ô
insane mundi amator, voluptates tuæ: opes
tuæ, ac honores, imagines sunt honorum,
quæ tu iactas; hac te falsâ deludit imagine
mundus, nec enim donare potest aliud quam
umbras: quousque ergo miser insanis, ut illi
fidas? Scite Ausonius Poëta eadem bona co-
parat umbris uvarum in aquâ relucensium;
*Tremat absens pampinus & vitreis vindemia
turgel in undâ, adnumerat viiides delusus na-
vita vites.* Si quis ergo vectorum apparen-
tes umbras pro veris uvis vellet decerpere,
nunquid se omnium risibus exponeret? Do-
mine Deus, orat Propheta, *averte oculos meos
ne videant vanitatem.* Alia versio habet: *per-
transire fac oculos meos, ne videant vanita-
tem.* O divine sol cordium, illumina oculos
mentis meæ, ut intimè pervadam ipsum ni-
hilum creaturarum ne umquam decipiar va-
nis earum & falsis imaginibus! Margaretha
Lotharingæ Ducissa Alanfonia tam virtute
quàm sanguine illustris fœmina jam tum an-
no ætatis suæ trigésimo, suorum quindecim
extulerat, totiesque mutato habitu sumens

lugubrem pro symbolo usurpavit hæc verba
Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Eadem
 moriens sic Deum allocuta narratur in eius
 vita: O Conditor & Redemptor meus, quid
 mihi nunc proderit nobilem, divitem ac po-
 tentem fuisse in hoc mundo, si non pro eo
 ac par erat serviverim tibi! Sponsus in Can-
 tici postquam dixisset: *marisulas aureas fa-*
ciemus tibi: subdit *vermiculatas argenteo.* Ubi
 alij legunt, *cum punctis argenteo.* Ita quoque
 mundus promittit amatoribus suis: dabo vo-
 bis similitudines & absentias auri cum pun-
 ctis argenteo, Duobus verbis video: mihi aliud
 declarare mysterium ex quo cognoscamus
 vanitatem huius impostoris. Nam vulgare
 dictum sed verissimum, omnes mundi dig-
 nitates ad unum tendunt punctum, & recte
 nominari possunt punctum, aut si quid mi-
 nus est puncto. Id quod ansam præbuit qui-
 busdam Philosophis perstringendi ambitio-
 forum hominum vanitatem, qui quotidie in
 puncto pro puncto inter se digladiantur. Nam
 secundum Mathematicos verè totus terra
 globus puncti instar se habet ad molem uni-
 versi; omnis gloria mundi punctus honoris
 est, omnis vita, etiam si octingentorum vel
 nongentorum sit annorum, qualis fuit pri-
 morum hominum, momentum est, imò ut

Sa-

I. 4. 11

Sapiens ait, *in nihilum computabitur*, Sap. 3.
Gaudium hypocrita, ut unus ex amicis Job,
ad instar puncti c. 20. Tertullianus oblecta-
 menta voluptuosorum appellat momenta li-
 bido- rum. Et sicut secundum doctrinam Ari-
 stotelis, indivisibile additum indivisibili non
 facit majus, sic omnes mundi voluptates, di-
 vitiae, ceteraque bona, quæ non nisi atomi &
 puncta sunt, simul sumpta non nisi unum
 punctum efficiunt. En præclaras mundi pro-
 missiones ! nimirum modicum adulterini
 auri & puncta aliquot argenti quæ si conjun-
 gantur, nescio utrum plus nihilo, an nihilum
 constituent. Sic in præsentis rerum statu delu-
 dit diligentes se mundus, quos aliquando æ-
 ternum miseros, ut paulò post dicitur, igno-
 miniae tradet sempiternæ. Guilielmus Pari-
 siensis Episcopus Vir magnus doctrinâ ac
 virtute, mundi felicitatem, somnialem vo-
 cat, secutus Davidem qui de divitiis lo-
 quens, *dormierunt inquit, somnum suum : &*
nihil invenerunt omnes viri divitiarum in
manibus suis, psal. 75. Adjungit Seneca philo-
 sophus ipsæ voluptates eorum trepidæ & va-
 riis terroribus inquietæ sunt subitque, cum
 maximè exultant cogitatio hæc : *Quamdiu,*
&c De brevit. vitæ. c. 16.

H * §. IV.

Illustria duorum exempla mundi renuntiationum amoris.

Theodorus quidam nobili loco natus cum quodam die videret domi patris ingentes fieri apparatus ad peragendam magnificè nescio quam celebritatem, considerans vesperam diei, finem festivitatis istius allaturam, abdidit se in secretiore domus parte multisque suspiriis & lacrymis mundi vanitatem deplorans statuit illi valedicere, & pompam ejus cum religiosâ veste vitæque commutare, id quod brevi post perfecit à S. Pachomio in disciplinam susceptus. *In vita PP.* Narratur in chronicis Ordinis S. Dominici de Rolando quodam Cremonensi Doctore per celebri, qui consumpto una cum amicis suis festivo quodam die in multâ lætitiâ & variis oblectationibus; Demum nocte appetente secessit tot cogitationum volvens in pectore fluctus, quot fuerat interdum recreationibus delinitus. Quò recidère, dicebat apud se, ista mundi oblectamenta, quibus hodie abundavi? ubi nunc festivæ epulæ, delicatum vinum, joci, lusus, & saltus Societasque illa familiarium iucundissima, unde tantam percepi voluptatem, & hæc ipsa voluptas quo

quo devenit? Ex hac cogitabundâ transactæ
diei repetitione cognovit quod omnia mun-
di bona, revera tandem ad nihilum deveniant
tamquam aqua decurrens, ut loquitur regius
vates psal. 57. Itaque decrevit deferere impo-
storem mundum, & totum se mancipare
Deo, illique in religioso S. Dominici ordine,
reliquo vitæ tempore deservire. Hoc sane
modo magnus hic vir sapienter illusit delu-
sori suo. Utinam omnes ii qui illum in cap-
tandis hujus vitæ delectationibus imitantur,
in suscipiendâ quoque penitentiâ æmulentur
renuntiantes vanitatibus mundi, à quo quo-
tidie produntur & perduntur, atque spem o-
mnem in Deo solo ponant, à quo decipi
nunquam possunt.

§. V.

*Quanto opere homines fugiant con-
temptum sui.*

Quemadmodum nihil est hominibus iur-
cundius acceptiusque honore & secun-
dâ nominis æstimatione, ita nihil ingratius
detestabiliusque contemptu & calumniis. Ad
hoc probandum facit quod historiographi
Galliæ narrant, respondisse quemdam egre-
gium belli ducem Carolo 7. Francorum Re-
gi, cui cum is singulari diligentia & constan-
tâ fidelitate serviret, Rex illum tam pro me-
ri-

rito ejus quàm pro suo in illum propenso
 fectu mirificè diligebat. Quare cum eum
 mihi tam arctè conjunctum crederet ut nulli
 illecebris, nullaque violentia à se disjung
 posse putaret, quæsit aliquando ex eo, qu
 tandem res posset ipsum abs se abalienare
 cui respondit: unus contemptus despectu
 que mei. Itane, subjunxit Rex, contemptus
 aliquis tui tantum apud te valebit? Sic est, ad
 jecit alter; & hoc velim, mi Rex, tibi persua
 deas, ita me majestati tuæ deditum, ut nullis
 unquam me blanditiis, nullis opum dignita
 tumque promissis omnes hostes tui in suas
 partes possint pertrahere abstractum à tuis.
 Illud præterea mihi affirmanti credas, ita
 me animo comparatum, ut quicumque
 te casus involvet, idem involvet me te
 cum, una erit utriusque fortuna, ni
 hil fidem meam tibi obstrictam dissolvet, ni
 hil amoris in te mei ardorem imminuet, ne
 dum extinguet, tecum vivere, pro te emori
 cupio. Verum mi Rex, unica mei contempto
 quæ forte nominis mei gloriam obscuraret,
 tantum apud me valeret ut non dubitarem
 amicitiæ nostræ renuntiare, & perfugere ad
 hostes tuos multo promptius quam si propo
 sitis omnibus mundi bonis ab iisdem invita
 rer. Eadem historia refert de Francisco hujus
 nomi-

I. 4. 11

nominis primo, quod post infelicem ad Paduam pugnam, licet ingenti esset animi dolore oppressus, ad matrem tamen consolandam scripserit in hanc sententiam: *omnia perditæ sunt, salvo honore*. Pro eo enim habebat generosus hic princeps, quando nullius ipse negligentie nomine accusari posset, nec proinde justam incurrere hominum contemptionem ob devicti exercitus sui internecionem, servasse se omnia servato honore suo.

§. VI.

Confusio eorum qui fidunt mundo potius quam Deo.

S igitur verissimum est tam cupidos esse honoris homines tam abhorrentes à contemptu, ut qui maxime, quo tandem animo ferent fatalem illam ignominiam omnium maximam, quæ manet eos qui innixi favoribus humanis, aut propriis freti viribus, non fusi Deo, Deum deseruerunt, ideoque ab eo deserentur despecti & abjecti, abominabiles facti Angelis, exosi hominibus, derelicti à totarum creaturarum universitate? *Deus confusus est eorum qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam Deus sprevit eos psal. 52.* Injuriam longè maximam Deo irrogas ingratislime mortalium, quisquis limum terræ, fumum & vaporem evanidum, saccum vermium & brachium

brachium carneum præfers ejus infinitæ potentia ac majestati. Hujusmodi injuriarum inultam feres, extremis suppliciis vindicandam? An ignoras Deum esse justissimum vindicatorem honoris sui, ejusdem verò vindicem severissimum? An ignoras sapientissimam ejus potentiam, cui omnia servantur pro nutu ac beneplacito suo, quâ quibuscunque causis ad quoslibet producendos effectus facillimè utitur, nec unquam intento frustratur eventu. Experientiâ quotidianâ videmus desideria multorum & negotia quæ prudentissimè concepta, rectissimèque videbantur ordinata, ab eo impediri ac everti ad confusionem eorum à quibus erant sine Dei consilio voluntateque suscepta. *Dominus dissipat consilia gentium reprobatur autem cogitationes populorum & reprobatur consilia principum.* 32. Quæ nimirum non sunt conformia sanctissimæ ejus providentiæ, idque agit tam dextrè & feliciter, ut sæpenumerò quæ frustra videntur, confundant mundi prudentiam, fortis vincatur in fortitudine sua, & astutus capiatur in astutia sua, non enim est fortitudo, non est prudentia, non est *consilium contra Dominum*. Ipse infatuavit Consilium Abiailoni datum ab Achitophèle clarissimo omnium ætatum Davidis consiliario, cujus erat *consilium*

*consilium quod dabat teste scripturâ, quasi si
 qui confuleret Deum. 2. Reg. 16. Ipse dissipavit
 consilium Jeroboami, qui sollicitus confir-
 mare sibi suisque posteris regnum, abstra-
 ctò à veri Dei cultu populo adorandos pro-
 posuerat duos vitulos aureos. 3. Reg. 12. Ipse
 irritam reddidit prudentiam Pharaonis, qui
 credidit posse se nomen nationemque dele-
 re Hebræorum, præcipiendo ut quidquid ex
 eis masculini sexus natum fuisset, projiceretur
 in flumen, submergendum Nilo. Exod. 1.
 Ipse frustravit impias spes synagogæ princi-
 pum qui putabant damnato JESU Christo ad
 ignominiosissimam mortem, posse se nascentem
 Christianam religionem in ipsis velut in-
 cunabulis extinguere, & hac ratione Rem-
 pub. suam tueri contra Romanos. Verùm ita
 Deus cuncta disposuit ipsisque mediis quæ
 politici illi ad suum finem consequendum
 excogitarant, usus obtinuit omnino contra-
 rium. Nimirum, *qui habitat in calis irridebit
 eos & Dominus subsannabit eos* psal 2 Et verò
 decet divinam majestatem, ut quibus armis
 sacrilegi mortales divinum conantur hono-
 rem oppugnare, iisdem victi suo excidant, da-
 ti in opprobria & ignominiam æternam, quæ-
 que contra Deum impiè jacula jaciunt, in eo-
 rum capita decidunt. Jam verò non solum
 Deus*

Deus ridebit in interitu eorum, qui spei
in hominibus ac infantiis falsis rerum crea-
rum, quanquam illa Dei irrisio & subfati-
tio tantum excedat omnem aliam quae fieri
potest, quantum infinita ejus magnificentia
incomparabiliter major est omni eo, quod
Deus non est. Verum etiam Universi ordines
caelestis hierarchiae atque omnium hominum
cujuscunque aetatis, caeli quoque ac elemen-
ta, daemones ipsi & damnati, licet ejusdem
criminis rei, conspirabunt cum Deo, & ride-
debunt insensatos istos eorumque similes
qui maluerunt inniti baculo arundineo, quam
columnis firmamenti, qui vanitatem crea-
rarum praetulerunt veritati & virtuti Crea-
toris. Sic fiet huiusmodi, uti praedixit Propheta
*Super eum ridebunt & dicent: ecce homo, qui
non posuit Deum adiutorem suum, sed speravit
in multitudine divitiarum suarum & pre-
tulit in vanitate sua.* Itaque non curia tantum
caelestis universa, sed omnes insuper inhabi-
tatores triplicis mundi regionis caeli, terrae
orci, iusti & impii, homines & Angeli sub-
fannabunt & dicent hominibus istis intente
in illos digito: *Ecce homo qui non posuit Deum
adiutorem suum.* Nec solum ad tempus ludib-
rium se videbunt omnium in circuitu, sed in
opprobrium dabuntur sempiternum omnibus
mundi & vanitatis amatores. §. VII.

§. VII.

*Huic confusio*n*i ipsi mundi amatores causam
præbent.*

ET verò re bene consideratâ digni sunt ir-
risione æternâ quotquot eò insanissimæ
impietatis progrediuntur, ut cum diffiden-
tia Divinæ potentia*e* ipsis ad succurrendum
non modo semper paratissimæ; sed multis
etiam certissimisq*ue* titulis oppignoratæ, ut
sic loquar, non verentur mendicare à creatu-
ris nescio quam vanam fragilemq*ue* opem.
Quid est hoc aliud quam velle anchoram na-
vigii figere in aëre aut flatu ventorum, cum
nullone negotio jaci posset in continentem, aut
firmam rupem, atq*ue* omninò proximam?
Idem est ac si quis armaturus exercitum, ca-
taphractum, iuncos pro lanceis & festucas
traderet pro gladiis, aut in cineres daturus
montem Olympum scintilla stuppæ accede-
ret. Quis non rideret tam insanum & vanum
conatum? Hoc ipsum indicare videtur pro-
pheta, cum ait: *Erit fortitudo vestra quasi fa-
villa stuppæ, & opus vestrum quasi scintilla &
succendetur utrumq*ue* simul.* Isai. i. Quam
multis hoc accidit, qui diu noctuq*ue* volvunt
animo, qua ratione possint augere divitias, fi-
nes proferre imperii sui, reportare victoriam
ali-

aliquam, dignitatem speratam obtinere ne per
posteaquam omnem adhibuerunt conat di op
dies multos adulationibus, noctem vige nos re
consumpserunt, oleum & operam sepe infuli
disse experiuntur. De huiusmodi loquuntur spera
Propheta. *Concipietis ardorem & parietis pulam*, Isai. 31. Tales enim sunt vires, talia terunt
auxilia quæ præstant creaturæ; imò nihil in te
potius dicendum est cum eodem propheta terrar
59. *Confidunt in nihilo*, inquit, hoc est, fiducia Domi
suam ponunt in rebus fluxis & perituris. Deus
inde sequitur? *Et loquuntur vanitates*, consump
perunt laborem, consumpserunt vitam & verbor
res, corpus, & animam, nulli industriæ, nulli Si bo
labori pepercerunt; quo fine? *Pepererunt iniquitatem*, ova aspidum ruperunt, & tela ar
neatexuerunt Laborarunt sine ullo fructu & cir
tela eorum non erunt in vestimentum, neque tet, si
operientur operibus suis; opera eorum, opera in gum
utilia & opus iniquitatis in manibus eorum, nes p
cogitationes eorum cogitationes inutiles: *vanitas & contritio in viis eorum*. Hic exitus eorum
rum nempe infelicissimus, superatâ charybdi
incidunt in scyllam, ex uno malo in aliud, do
nec ruant in interitum sempiternum. Quis se
nus non iudicet huiusmodi mortales omni
se fannis & ludibriis scientes volentesque
exponere. O rex gloriæ Domine virtutum

I. 4. v.

ne permitte obsecro ut incidamus in ejusmo-
 di opprobria & confusione! Ecce nec cælū
 nos retinet nec terra; renuntiamus sceptris &
 infulis, hominibus & Angelis, ut in te solo
 spem nostram collocemus. Non parentes, nō
 amici, non filii, non fratres, non sorores po-
 terunt imminuere fiduciam, quam habemus
 in te! Pupillus & Orphanus sum ego super
 terram, inquit S. Bernardus ser. 15. in ps. 90.
Dominus susceptor meus & refugium meum.
Deus meus sperabo in eum: nec convertar aliō,
 de manu tuā accipiam escam meam fidens
 verbo tuo, quo promisisti quod enutries me.
 Si bona recipiam, tu donasti: si mala, tu libe-
 rabis me. Si consistent adversum me castra,
 & circumdent me inimici mei, si caro me ten-
 tet, si fremit diabolus; fortitudo mea & refu-
 gium meum tu es, quia tu solus idem perma-
 nes plenus sapientiā, plenus potentia, bonita-
 te, & misericordia erga eos, qui invocant
 nomen tuum: in te Domine speravi,
 non confundar in æternum.

* *

CAPUT

CAPUT IV.

Quartum motivum ductum ex injuriâ quæ
inferunt DEO qui non confidunt
in ipso.

§. I.

*Cacitas hominum nimis confidentium
creaturis.*

MERITO Deus gravissimè offenditur in
quod quamvis non cesset demonstrare
nobis impotentiam creaturarum tam vix
in singulis prope scripturæ sacræ paginis,
re ipsa quotidie ita tam oculis nostris ex-
bens, ut quasi palpare manu possimus in om-
ni occasione: quamvis etiâ repetitis moniti-
onibus præceptis non magis illis fidere atque inni-
scere quam baculo arundineo & tabulæ putre-
tæ, sed in omnibus actionibus nostris ad
confugere, suæque providentiæ nos nostris
que committere jubeat, cum amplissimis
promissis quod curam nostri geret parentis
instar, quod sic disponet res nostras, ut ad ma-
jus nostrum cedant emolumentum; nihilota-
men minus adhuc inveniantur homines tam
hebetes atque vecordes qui nec attendant
eum qui loquitur, nec ad id quod proponitur
nec moveantur iis quæ quotidie sentiant;
vel rationis expertes, vel magicis artibus fa-
ciuntur.

I. 4. v.

cinati videantur. Quanquam sunt verè omnes
humanae prosperitates, & jactantiae inanes, &
ut loquitur sapiens, *fascination nugacitatis*. & ut
psaltes, *universa vanitas omnis homo vivens*,
psal. 38. addit Apostolus: *præterit figura hujus*
mundi. 1. Cor. 7. ideoque illi fidendum non
est, non magis quam si ne esset quidem. Unde
& impii in inferno confitentur periisse vo-
luptates suas velut umbram, nec id ipsum, qui
super terram in vivis degunt, negare possunt,
intuentur enim quotidie vanitatem rerum
mundanarum, & experiuntur suo damno ea-
rum infidelitatem. Hæc tamen omnia non
sufficiunt ad persuadendum incredulis, ne
earum opem potius quam Dei implorent, ne
vanas earum mendacesque promissiones
præferant certissimis sanctissimisque Dei
promissis, quibus suam omnibus gratiam &
tutelam potentissimam offerens toties con-
firmavit.

§. II.

Pathetica Dei objurgatio hac super re.

Quæ cum ita sint, justissimè Deus queri-
tur de hujusmodi hominibus, eorum-
que diffidentiam ac infidelitatem gravi ob-
jurgatione accusat per Prophetam his verbis:
Fili hominum usquequò gravi corde, ut quid
dilatis

diligitis vanitatem & queritis mendacium
 Quanta putas emphasi prorulit illud *Usquequò*
quò quasi diceret: nondum agnoscitis cecum
 tem vestram quam tot seculorum decem
 offuderunt oculis vestris hostes vestri visibiles
 las & invisibiles, tot fallaciae & miseriae quae
 que millium annorum quibus mundus haec
 ctenus durat in illius notitiam vos non addu-
 ducunt? memoria jam inde repetita tot malorum
 talium qui vanam ab eo spe delusi sunt, cum
 nihil jam reliquum nisi fera nimis poenitentia
 & aeterna confusio in iis, qui illa nix per-
 riere, nihil apud vos valet ut alienis tandem
 malis discatis sapere? *Usquequò* graviter
 Tam perniciosi errores semperne suos habent
 patronos qui eos sequantur suoque alii ex-
 plo commendent; Numquamne caelestis lux
 depellet tantas terrae tenebras? nunquamne
 Dei veritas plus fidei obtinebit apud homines
 quam infidelitas creaturarum? *Usquequò*
quò? *Usquequò* mundi amatores, usquequò
 velamen istud erit super oculos vestros? Ab
 infantia vestra usque ad senectam & extrema
 vitae halitum diu noctuque, aetate & hyeme
 tam in necessitatibus vestris quam abundan-
 tia aeternum captabitis nebulam istam & fru-
 mum? *Ut quid diligite vanitatem?* Quid si
 vos delectat in vanitate creaturarum, ut De-

creatoris vestri inducat oblivionem, & fiduciam, quam infallibili ejus veracitati deferre debetis, suadeat ponere in mendacio. Hujusmodi exprobrationes justissimâ cum indignatione per Prophetam Deus effundit contra mundanos homines qui per summam injuriam minus fidunt protectioni divinæ quâ vanissimæ promissioni nescio cujus terræ vermiculi. Hoc execrabile crimen est quod iram & indignationem accendit omnipotentis, quod ad vindictam provocat, quod armat deterram ejus, ne tanta impietas maneat impunita. Cætera quidem hominum vitia tolerabilia videntur, hoc verò sacrilegium prorsus intolerandum, quippe quod maximè adversatur Divinæ providentiæ, potentiæ, bonitati, & imprimis amoris & charitati Dei eminentissimæ, quæ, ut ita dicam, pupilla est oculorum ejus & medulla cordis. Sed concipiamus majorem, si licet, horrorem hujus impietatis.

§. III.

Quantopere fugienda vel unica Dei offensa

IN omnibus nostris actionibus nihil nobis debet esse commendatius, quam ut omnistudio Dei honorem & conscientia nostræ integritatem illæsam inviolatamque, custo-

diamus, neque permittamus aliquando
 quocunque peccato etiam levissimo sive
 sive ille violetur. In quem finem valde ex-
 dit & in primis necessarium est, ut priusquam
 aliquid aggredimur, examinemus diligenter
 actionum nostrarum motiva, media, finem
 omniaque studiosè perlustremus ne qua
 repat Draco ille infernalis & venenum suum
 infundat, quo incautè mente concepto poi-
 ceamur nobis optatos successus. Sanè nunquam
 deberemus sine horrore ac tremore; com-
 missi contra Deum aut committendi peccata
 alicujus meminisse. Cum autem Deum dico
 Dominum dico infinitæ majestatis, qui habet
 clavem abyssi in manu sua, & aperit quas
 nemo claudit, inferni portas, ut detrudat eos
 eternum puniendos qui contra se delinquerunt
 supremum dico Monarcham totius universi
 ens entium, Alpha & Omega, principium
 finem omnium creaturarum rerum: qui ce-
 lum & terram replet gloriæ suæ lumine, cu-
 jus fulgore perstringuntur ipsi Seraphini
 obtutus, nec valentes sustinere, tegunt facies
 suas à magnitudine majestatis ejus. Proinde
 nec incendium ullum, nec inundatio aquarum
 nec contagio, nec jactura honoris amicorum
 aut quorumcunque bonorum æquè extime-
 scenda sunt atque unica Dei. Opt. Maximus
 feli

aliquando
 mo si ve
 valde ex
 t priusq
 us diligem
 edia, sine
 s ne qua
 enum sum
 cepto po
 Sane nunq
 ore; con
 endi pecc
 Deum dicit
 is, qui hab
 erit quas
 rudat eos
 delinquen
 us univer
 incipium
 : qui ce
 umine, cu
 aphinor
 gunt fac
 is. Proinde
 tio aqua
 amicorum
 è extime
 Maxima o
 ferat

fensa. Hunc enim si inimicum habemus, quid
 reliquum est spei? Nullius nobis amicitia aut
 salutaris aut utilis aut honorifica esse potest,
 cum verò tempus advenerit infligendæ nobis
 poenæ, in nullius erit sive hominis, sive An
 geli quantumvis nobis amici potestate impe
 dire quo minus de nobis pro delicti gravita
 te, iustissimā sumat vindictam. *Intelligite hæc*
qui obliviscimini Deum ne quando rapiat, &
non sit qui eripiat. psal. 49. Propterea excla
 mat Apostolus: Hebr. 10. *Horrendum est inci*
dere in manus Dei viventis, quem David ap
pellat Deum ultionum Dominum. psal. 93. Sa
 piens quisque in omnibus consiliis & actioni
 bus suis illud studiosè cavet, ne quid agat cō
 tra honorem regis, principum aut Magistra
 tum; hi enim longas habent manus & cum
 volunt, possunt se vindicare, nec ad hoc facile
 potest illis causa deesse. Nobis quoque in
 quotidianis negotiis nostris solet esse non
 minimæ curæ, ne quem iritemus contra nos
 dicitque sibi quilibet: quid lucror, si propter
 rem levis momenti exorsum me civibus fa
 ciam: poterit hic vel ille aliquando par pari
 reddere aut plurimum commodi aut plus dā
 ni reponendo. Quod si tam solliciti sumus
 ut amicitiam conservemus cum unoquoque
 hominum; fierine potest, ut nihil nostra in
 teresse

teresse putemus, sive amicum Deum, sive
amicum habeamus? Deum inquam, cui
facilius quam vitæ nostræ gaudia aut alia
aliis oblectationibus cumulare cum ipsi
cuerit, aut facere ut extrema gaudii ludæ
occupet subitâ & funestâ catastrophe. De
dico qui nocte unâ occidit omnia primoge
nita Ægyptiorum divinis mandatis resiste
tium. Exo. 12. Qui momento uno curtus Pha
raonis, & exercitum ejus submersit in ma
rubro. Exo. 14. Qui percussit per Angelum
suum una nocte centum octoginta quinque
millia Assyriorum in castris, quo tempore
victorias ipsi sperabant & triumphos. Hinc
Deum tremendæ majestatis habere inimici
parvi æstimabimus? Qui obmutescere facit
eloquentes, & linguas infantium facit esse
stertas: qui explodit sophismata philosopho
rum, & ut S. Job ait: *Adducit consiliarios in
stultum finem & iudices in stuporem. Baltheum
Regum dissolvit, & præcingit funes eorum.
Optimates supplantat, deponit potentes de sedibus
gloriam eorum in pulverem reducit.* Magna
Dominus quis restitit ei & pacem habuit? Job
12. Hinc B. Magdalena de Pazzis dicebat mor
riens: Hodie discedo ex hoc mundo & pro
teor nunquam potuisse me satis capere, quæ
modo audeant homines Deum Opt. Mori

mum offendere. Hilarion de Costes.

§. IV.

Qualis sit offensa Dei, nolle Deo fidere.

Am verò ut amplius cognoscamus illam quorundam hominum impietatem & fugiamus studiosius, dico non vacare nos Dei offensam & offensa Deo præ aliis maximè invisam & intolerabili, quotiescunque aggredimur aliquid sine invocatione divini auxilii, aut æstimatione illius, perinde ac si nullum esset ab eo sperandum, nisi potius amicis nostris & humanis innixi mediis atque industriis nostris, quæ sunt palæ concisæ, aut rivuli aquarum currentes, ut S. loquitur Gregorius hac super re, non ita dexteræ Dei omnipotentis qua creavit cælum & terram, & tribus digitis *appendit molem terræ*. l. 12. c. 2. Ubi etiam considerat quod non solum videamur Dei gratia non indigere ad nostri conservationem, verum etiam multa agamus ipso invito & modis vetitis atque ab eo prohibitis. Nam cum dedignemur ad Deum recurrere propter nimiam quam in creaturis ponimus fiduciam, nunquid hoc ipso satis ostendimus nos ipsum minimè pertimescere, imò provocare, ut sic dicam, ut faciat pejus aliquid, si possit. Sic enim circumvallatos nos æstimamus amicis,

divitiis, nominis æstimatione & prudentia
 sumus inexpugnabiles. Ad honorem tuum
 pertinet, ô magne Deus, confundere hoc
 crilegum hominum genus, qui audent tuam
 insolentia detrahere nomini sancto tuo! *Q*
uodisti observantes vanitates supervacuas, quomodo
 modo ferre potes tantam iniquitatem? Sed
 ergo grande malum est actiones nostras peccato
 inficere, quantum erit eas peccando
 choare peccando continuare, & peccando
 nire, & quidem peccato oblivionis Dei
 contemptus auxilii ejus? Scelus est sine dubio
 omnium maximum, & origo malorum
 omnium, everſio fortunarum noſtrarum & bonorum
 temporalium, & æternorum. *N*
ecquid sperare boni possumus, si autor bonorum
 omnium nobis non faveat? Quis nobis
 benedicet, si Deus maledicat. si punire
 velit, quis eripiet nos de manu ejus, aut
 ter iram ejus, & vindictam à nobis? Et
 quomodo potest non punire ejusmodi
 ſumptionem tam injurioſam gloriæ ejus,
 adverſantem immenſæ ejus bonitati & provi
 dentia?

§. V.

Punitio hujus offensa.

I Deirco concludo quod præter multiplices
 poenas quibus caſtigantur aliorum peccata

torum rei, iis qui hoc crimen committunt, in-
 numeræ aliæ meritò infliguntur. Ob con-
 temptum auxilii divini, destituuntur omni
 ope creaturarum, & quibus maximè confide-
 bant, ab iis primùm omnium deseruntur &
 produntur. Cælestem subtrahit Deus gra-
 tiam ab eo cuius cor terrenis affixum: immi-
 nit lucrum & avertit quæstum à domo ejus
 qui in his beatitudinem suam ponebat; indu-
 cit verò onera & inopiam. Huic sceminæ ma-
 ritum eripit, in quo ipsa sese superbè jactabat:
 istam familiam replet numerosa prole quæ
 dissipet omnia: in aliâ litem excitat in quam
 fortunæ omnes expenduntur: huic pereunt
 sata terræ, boumque labores, & omnis spes
 villæ, in quâ gloriabatur, grandine succiditur:
 alteri æstu & siccitate: & cui pepercit temporū
 tēpestatumq; iniquitas, hic in rapinam cedit
 prædonibus, & in prædam militibus: hodie
 alius indiget mutuis centum aureis, paulo
 post quingentis, & denuò quingentis aliis,
 denique pensio annua superat ipsam summā
 capitalem: tandē huic tali *veniet quasi viator*
egestas & pauperies quasi vir armatus prov.
 6. id est paulatim, sensim sine sensu pauper-
 tas illi obrepit, à qua expedire se nequeat: si
 denique hic hospes cuiuspiam domum fami-
 liamque depopulatur, & nihilominus Deus

videat se à dominis domus huiusmodi adhiberi
 contemni & postponi creaturis, earumque
 potius subsidium quæri omni studio accen-
 tu, ut per fas nefasque per fraudes & dolos
 jacturam resarciant, aut sibi suisque domesti-
 cis necessaria suppedient, Deus, qui est homi-
 num summè metuendus si quem nominatim per-
 sequitur, non remittit indignationem suam
 donec in nihilum redigat istiusmodi perversa
 consilia, prudentiamque humanam dilu-
 pet, adeo ut quanto magis tales conantur ex-
 tricare se necessitatibus suis, tanto plures
 intricentur, sicut Petrus ambulans super aquam
 deficiente in Christum fiduciâ, Matth. 14
 tanto mergebatur profundius, quanto magis
 nitebatur propriis se viribus attollere & ne-
 cessitatibus eripere Hoc est illud vix, & hæc maledi-
 ctiones sunt, quas Deus effundit in eos qui
 præpostera prudentia divinæ immemorati
 providentiæ mendicant infelicitè vanam opem
 à creaturis. *Va filii desertores dicit Dominus*
per Prophetam Isai. 30. ut faceretis consilium
et non ex me: et ordiremini telam et non
per spiritum meum, ut adderetis peccatum
per peccatum. Qui ambulatis ut ascendatis in
Ægyptum, et os meum non interrogastis, sperantes
auxilium in fortitudine Pharaonis, et habentes fiduciam in umbrâ Ægypti. Et

vobis fortitudo Pharaonis in confusionem & fiducia umbra Egypti in ignominiam. Et alibi per Prophetam malè ominatur iis, quos propter vanas eorum observationes & spes, cogitur sua protectione destituere: *Va eis*, inquit, *um recessero ab eis.* Ose. 9. Væ omnibus incredulis & diffidentibus, qui abijciunt Deum; contemptus enim ab illis recedet & auferet secum omnem, quam sperare poterant felicitatem.

Exempla Punitionis divinæ ob hanc injuriam.

§. VI.

Ruina Saülus. 1. Reg. 15.

Missus à Deo Propheta Samuel Dei nomine mandaverat Saüli Regi ut cum exercitu proficisceretur contra Amalecitas eosque multorum criminum reos ad interfectionem deleret, demoliretur universa populi illius & interficeret à viro usque ad mulierem, & parvulum atque lactentem, bovem & ovem, camelum & asinum: Nolebat Deus ut ulli viventium parceret, ne quid esset reliquum ex tam nefaria gente. At humanâ prudentiâ mandatum hoc interpretatus Saül cum expugnatis urbibus, totam regionem victor obtinisset, non paruit illi eo modo quo ius-

I. 4. 11

sus erat, sed omne vulgus interfecit in
 gladii, ait sacer historicus, & apprehendit
 gag Regem Amelec, vivum, pepercitque illi
 optimis gregibus ovium & armentorum, & re-
 stibus & arietibus & universis quæ pulchre
 rant, nimirum ut ex iis offerret Deo sacrificia
 existimans melius esse ea reservare in holocausta
 & victimas Deo cum gratiarum actione
 ne immolanda, quam ea sine utilitate ul-
 perdere. Verum displicuit Deo prudentia
 hæc præcepto suo contraria, missusque per
 victoriam Samuel ad Saulem severissime
 iurgavit eum quod non obedivisset voci Do-
 mini, ejusque inobedientiam peccato ar-
 landi & sceleri idololatriæ comparavit, ideo-
 que illi à Deo ablatum esse regnum denun-
 tiavit. Non hic constitit peccatum nidei
 principis, sed in majorem prolapsus impietatem;
 adiit post mortem Samuelis mulierem
 quandam habentem Pythonem ut hæc Sa-
 muellem suscitaret ab eoque acciperet respon-
 sum divinum in angustiis quibus premetur.
 Deo igitur permittente suscitatus est
 Samuel, sed audito eo: *Quid interrogas me
 cum Dominus recesserit à te?* 1. Reg. 28. statim
Saul cecidit porrectus in terram. Nec mirum
 post evenerunt omnia quæ Samuel prædix-
 rat; nam exercitus Saulis fusus fugatusque est

à Philistinis
 ctus est
 transfo-
 ritat
 multo
 dentia
 quam
 gunt
 Deico
 cupidi
 rem p
 pertine
 que ta
 de hui
 bet di
 omnia
 die. Ve
 me ha
 mia, n
 quod
 quun
 bus n
 ritate
 non e
 dam
 nec p
 diffu
 me u

à Philistæis, filij eius occisi, ipse ad eas red-
 ctus est angustias, ut arrepto gladio seipsum
 transfoderet ut effugeret ignominiam cap-
 titivatis. 1. Reg. 31. Sed incidit in mortem
 multò ignominiosiore. Hic fructus est pru-
 dentia humanæ qua mundi sapientes tam-
 quam specioso velamine consilia sua prote-
 gunt, nec dubitant per summam injuriam
 Dei contemnere mandata ut suis indulgeant
 cupiditatibus existimantes non esse melio-
 rem providentiam quam media excogitare
 pertingendi ad finem intentum quibuscun-
 que tandem modis. Verum audiamus quid
 de huiusmodi hominibus eorumque quoli-
 bet dicatur. *Invenient, inquit Propheta cum*
omnia mala, & afflictiones, ita ut dicat in illo
die. Verè quia non est Deus mecum, invenerunt
me hæc mala. Deut. 31. Nimirum non est infam-
 ia, non est paupertas, non malum ullum
 quod non aliquando eveniat ijs qui derelin-
 quunt Deum. Quæ secundis rebus affluentibus
 non timebant, ea cum accidunt, hanc ve-
 ritatem exprimunt vel ab invitis: Verè quia
 non est Dominus mecum, hæc patior: ipsas
 damnatorum poenas jam videor sustinere,
 nec pace fruor, nec gaudium ullum percipio,
 diffuunt omnia bona mea, & circumdant
 me undique mala, inimici mei prævalent ad-

versum me, & à fortuna impulsus conatus
in abyssum miseriarum omnium præcipite
dare,

§. VII.

*Ruina Regis Asa, imperij Orientalis,
Volfey.*

Asa Rex Juda fœdus olim iniit cum Rege
Syriæ missa ad eum auri argentique
genti summa ex thesauris tum regijs tum
pli 2. Paral. 16. ut ab eo auxiliares copias ob-
tineret contra Regem Israël. Quo facto ob-
dit exiguam se in Deo habere fiduciam, re-
jus tamen opem in omnibus præsentissimam
fuerat expertus, ut aliundè implorandi cau-
sam nullâ haberet. Idcirco quoque hac super
te graviter reprehensus est à Propheta in hæc
verba: *Quia habuisti fiduciam in Rege Syria
& non in Domino Deo tuo, idcirco evasisti Syria
Regis exercitus de manu tua. Nonne Asio-
pes & Libyes multò plures erant quadrigæ
equitibus & multitudine nimia, quos cum Do-
mino credidisses, tradidit in manu tua? Orati-
onem Domini contemplantur universam ter-
ram & præbent fortitudinem huic qui corde pro-
fecto credunt in eum. Stultè igitur egisti &
propter hoc & præsentis tempore adversum te
bella consurgent. 2. Paral. 16. Dictum factum*

ut ex decursu historiae licet intelligere.

Hujus quoque punitionis insigne exemplum est occasus Imperij Orientalis, qui coepit ex eo tempore quo Isaac Commenus curavit in moneta insculpi imaginem suam cum hac impia inscriptione: Debeo me ipsum mihi, et alia prius Christi Salvatoris nostri effigie quam ejus praedecessor Joannes Zemistana nummis impresserat, cum hac Epigraphe: Dei gratia. Haec tesserae fiduciaque variatio, Reip. quoque status funesta immutatio fuit. Nam ex eo tempore coepit quotidie in pejus ruere subtrahente Deo praesidium & protectionem suam, donec in praedam cederet barbaris qui etiamnum imperium illud obtinent. Hanc diuturna vindicta declarare nobis voluit Deus quam moleste ferret istius sacrilegi hominis injuriam qui spreto divina ope & sanctissima providentia, tantum de suis praesumeret viribus ut non magis ab alio quocunque quam a semetipso dependere se existimaret.

Aliud divinae vindictae memorandum exemplum suggerit historia praeteriti saeculi de Volsejo qui excitato schismate illius in Anglia quo adhuc flagrat, autor incendij fuit. Hic homo, inquit Sanderus ex infimo loco ad supremam in regno dignitatem eVectus in om-

I. 4. 11



omnium honore fuit, adeo ut præcipui Angliæ nobiles in ejus admitti amicitiam potestati magni ducerent: externi etiam Principes tam ambirent & colerent studiosissimè. Inter alios Carolus Quintus Imperator tanti eum faciebat ut crebras ad eum literas propriam manu daret cum hac subscriptione. Filius tuus & cognatus Carolus. In hac hominum admiratione Deo connivente tamdiu versatus est, donec eò progressus est confidentiæ ut sibi soli sufficientissimus videretur, nec vel alius indigere amici gratiâ, vel inimici potestati de gradu deijci posse se existimaret; atque hoc impiè etiam temerarius quod putaret posse se divinæ providentiæ ordinem invertere, & separare id quod Deus conjunxerat. Nam jactare ausus fuit, quod ipse divortium regem inter & reginam autor extitisset. Verum quassato fundamento superbum illud honoris ædificium brevi corruit. Nescio quis ventus in curia contra eum exortus decumanam illi civit tempestatem à summo hominum fastigio præcipitem dedit in abyssum opprobriorum. Exiguo temporis spatio gratia, officio, bonis omnibus se vidit excidisse, relegatum in pagum quendam & paulo post condemnatum tanquam læsæ Majestatis reum & captivum se duci Londinum in præ-

sentia totius regni nobilitatis tanta cum desperatione ut rumor fuerit in via venenum potasse ut vitæ suæ ignominiam citius arumperet. Post mortem octodecim illi nomina imposita, quorum quindecim totidem honoris tituli erant quasi per gradus crescentes dignitatum usque ad supremam Papæ in Anglia posteriora tria gradatim decresecebant usque ad nihilum. Hic exitus est politicorum & mundi sapientum qui super infirmis adeo fundamentis se stabilire quærunt & humanos favores præferunt gratiæ & benevolentiae divinæ exemplo huius infelicis Volseij cuius extrema verba hæc refert Sanderus: Ego quia regis non Dei gratiam quæsivi, hinc Dei gratiam amisi & regis non acquisivi.

CAPUT V.

Quintum motivum ductum ex diversis instantiis quas Christus Dominus facit argumentando à maiore ad minus, & à minore ad majus.

§. I.

Proponitur Christi argumentum.

Aliud motivum efficax quod Christus Dominus in primis urget ad excitandam

dam in nobis fiduciam super omnia circa
temporales, circa quas illa infirmior videtur
& remissior, Magistri eloquentiæ appellat
argumentum à majori ad minus aut è contrariis
à minori ad majus. Quo divinus ille Orator
frequenter usus est tamquam validissimum
præcipuè in hac materia, cui ut sua lux affluat
geat magis omnibus, deducam nonnulla
explicabo literali & vulgari paraphrasi. Illud
igitur proponitur apud S. Matthæum cap. 6
à Christo Domino ijs verbis, quæ sanè apud
nos plus etiam valere debent, quàm apud
illos Apostolos tunc cum ea audiebant, siquidem
Christum Dominum nondum viderant
subiisse mortem Crucis, nec instituisse sacro
sanctum pretiosi corporis & sanguinis susce-
pimentum in salutem animarum nostrarum,
sicut nos eum fecisse jam novimus, id quod
pondus addit his instantijs.

§. II.

*Prima instantia: Qui curam habet anime
sue, habebit & corporis.*

NE solliciti sitis anime vestre quid mandu-
cetis, neque corpori vestro quid induamini,
nonne anima plus est quam esca, aut corpus
plusquam vestimentum. Perinde ac si diceret
cælestis Magister in persona sanctissimæ

Trinitatis: considerate obsecro quantæ mihi
curæ sint animæ vestræ, postquam eas con-
didi ad imaginem & similitudinem vivam
divinæ meæ essentiæ instructas jam tum ab
initio creationis earum omnibus facultati-
bus, qualitatibus, atque inclinationibus ne-
cessarijs. Videte num quid omiserim quo mi-
nus eas evcherem ad sublimem ordinis su-
pernaturalis perfectionem ad quam eas de-
stinavi, Præfeci illis Angelos ad custodiam,
gratijs meis favoribusque præventas corro-
boravi, illustrationibus cœlestibus illumina-
vi: dedi illis Concionatores, & Doctores ad
instructionem. Præposui illis hunc præmium
infinatum, cuius amore pertraherentur ad
virtutem: inde supplicia similiter infinita;
quorum timore avocarentur à vitijs & pec-
catis. Disposui illis varias vario ordine crea-
turas, quibus tanquam totidem gradibus ac-
scalis ascenderent ad cœlestem gloriam. Jam
verò postquam illis omnia donavi; dedi etiā
memetipsum & quidem dedi me omnibus
modis & titulis quibus me creaturæ possum
communicare, adeo ut & corpus meum & a-
nimam meam & divinitatem meam illis de-
derim in cibum & potum. Quod si hæc ve-
rissima Christianæ Religionis dogmata non
credit, quid Christiani nomen usurpatis? Si
verò

verò creditis, quæ ratione potestis timere
denegem vobis quod ne formicis quidem
muscis abnego, cum præfertim ea vobis ele-
gitus sim quæ Cherubinis atque Seraphim
non concessi? An putatis tot tantisque
in animas vestras collatis beneficijs, tamen
mitem me fore, ut corpora vestra destituant
in necessitate, aut dedigner donare id quod
nihil mihi constat, postquam tam large ef-
fususque donavi quod permagno mihi stetit.
Sed & quo pacto potestis indies petere the-
sauros divinæ gratiæ, cuius unus gradus
iam minimus excellentior est omnibus na-
turæ donis, eosque certa cum spe obtinenda
flagitare, & tamen diffidere de obtinenda
bono nullius pretij? Tam exiguum in vobis
est lumen ingenij & rationis ut non percipia-
tis fallacias hostium vestrorum, qui id agunt
ut speretis quidem res difficiles, modo diffi-
datis circa alias? Quid refert quâ parte vos
invadant, si expugnent & impedian fiduciam
in me collocandam, inducendo vos in dubi-
tationem de mea vel potentia vel bonitate
quacunque in re? Quid refert si ve horo
si ve catenâ nexi, si semper terræ adhæreant
affixi? Aperite vel modicum oculos, & sine
pudebit vos quod ad tantum rationis & fidei
qua illustravi vos, lumen sic caligeris. Nunc

anima plus est quam esca? Vos speratis à me dona gratiæ & gloriæ animarum vestrarum quæ sunt bona gratuita, supernaturalia, infiniti pretij; & potestis diffidere de necessariâ corporis sustentatione, quam jure naturæ animalia quæque exigere justè possunt à creatore suo; æquum enim est, ut, qui vitam dedit det etiam necessaria ad eam conservandam. Siquid non minus est corpus quam anima opus meum, & illud ipsum formavi & conpegi manibus meis tale, quale est, putatisne quod obliviscar providere illi de rebus necessarijs ad ejusdem conservationem? Timeatisne quod minus sim sollicitus de vobis quàm de pullis corvorum quos à parentibus in nido desertos ego ipse velut nutritius pasco. Videte obsecro quam prudenter vestra hæc diffidentia fundata sit.

Aut Corpus plus quam vestimentum.

Num præterea timetis ne vestimenta vobis desint? Quasi verò ille divinus opifex qui formavit membra vestra, compegit ossa, emollivit viscera, extendit venas & arterias, & tam miram partium varietatem cōjunxit alias alijs innectens admirabili Sapientia & œconomia tanta, ut si omnes in linguas versæ erumperent in voces, nunquam pro-

merito laudarent Condito rem suum. Quam
verò inquam ille opifex providentiam suam
aut charitatem desiderari patiatur ut non
tribuat quo tegatis nuditatem vestram aut
contra injurias tempestatum elementorum
que vos communiatis? ille qui vestra morta-
li carne se induit, licet immortalis gloriâ ple-
nus & maiestate eamque ad thronum sacro-
sanctæ Triados evertit, ubi illa nunc affidet
ad dexteram Dei, relinquetne eam in probre-
sæ ignominia nuditatis?

Deinde aliam proponit considerationem
non minus efficacem hac in re a floribus hor-
torum & agrorum deductam. *Considerate li-
lia agri quomodo cresunt, &c.* Denique me-
mentote quod qui gratiæ autor est, idem est
& naturæ. Si ergo in supernaturalibus donis
tam liberalem atque magnificum sese ostē-
dit, nolite putare quod se in bonis inferiori-
bus & terrenis quæ cum illis cœlestibus in
comparationem venire non possunt, cuique
elargiendis parcum & avarum exlubebit.

§. III.

Secunda Instantia.

Cui curæ sunt Volucres, eidem curæ sunt
& homines. Christus Dominus aliâ ur-
get instantiâ ad fiduciam his verbis: *Respicit*

volatilia cœli, quoniam non serunt neque metunt neque congregant in horrea: & Pater vester cœlestis pascit illa; Matth. 6.v. 26. Et quamvis sub dio morentur, non timent tamen nocturnum frigus, nunquam accedunt ad ignem ut rigorem tempestatis leniant. Ignis conditor non indiget illo ad volucrum genus quantumvis tenerum calefaciendum: Innumeris alijs supplere modis novit quos in thesauris divinæ suæ Providentiæ reconditos habet, At nonne vos magis pluris estis illis? Quæ comparatio avium ad homines? Nonne vos multo nobiliore genere, & ad excellentiorem finem conditi estis quam brutæ animantes? proinde quanto est naturæ vestræ dignitas sublimior tanto Dei erga vos amor & cura incomparabiliter est major. Quid ergo dubitatis modicæ fidei? Sed hic attentius consideranda sunt illa verba: *Pater vester cœlestis pascit illa.* Quasi dicat: si Deus Pater vester tantâ bonitate & providentiâ se impendit pascendis avibus quæ omnes in usus vestros & commoda productæ sunt, quātam putatis illum habere vestri curam, quāto affectu vobis providere, vobis quos vivos divinitatis suæ agnoscit imagines, quos filiorum loco habet, quibus regnum suum in hæreditatem promisit, quos sic dilexit ut filium suum

suum unigenitum increatum & incarnatum
 tradiderit in manus Carnificum & in mo-
 tem ignominiosissimam & acerbissimam, ut
 illius morte vos in familiam suam adoptaret
 & cohæredes faceret, socios ac fratres
 sui dilectissimi Pro eo quod de se divina Sa-
 pientia ait: *Cum eo eram cuncta componere*
 Vatablus legit: *Cum eo eram velut nutritus*
 Unde ex SS. Patribus quidam ut ostendat
 matribus obligationem quam habent nu-
 triendi liberos suos proprio lacte, cui ut pa-
 cant, solent plerumque conducere mulieres
 extraneas & incognitas, quibus eos lactan-
 dos tradant, tamquam rationem efficacissi-
 mam adducunt exemplum Dei Creatoris
 qui per seipsum nutrit ac pascit omne animam
 qui ipsis etiam formicis & muscis dat escam
 quæ tamen viliores sunt, quàm aves, ipse
 præparat annonam formicis in tempore op-
 portuno, & sternit, muscis mensam in palat-
 tijs regum & in tugurijs rusticorum, Si ratio
 sollicitè providet his vilissimis bestiis, quæ
 creaturas suas agnoscit, ut quantumvis con-
 temptibiles videantur, nihil tamen illis deesse
 se patiat, creditisne quod non æquale
 saltem curam habebit eorum, quos confitemur
 super opera manuum suarum, quibus subiacent
 omnia, oves & boves, & pecora campi, volu-
 cræ caeli & bestie silvæ, & omnia quæ
 vivunt super terram.

celi & pisces maris? Si tanta præstat servis fi-
 liorum suorum, quanto maiora præstabit ip-
 sis filiis suis, quos instituit hæredes, quos vo-
 cat gaudium suum & viscera sua? *Qui etiam*
proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis om-
nibus tradidit illum, quomodo non etiam cum
illo omnia nobis donavit? Rom. 8. Vir Seraphi-
 cus S. Franciscus tantam habebat in Deo fi-
 duciam circa res temporales ut cum quodam
 die Assisium convocasset religiosos ordinis
 sui ad quinque millia, considerans illos tam-
 quam alumnos divinæ providentiæ, disertè
 veruit, ne quisquam sollicitus esset pro ne-
 cessariis illis sustentatione. *Lactate*, inquebat
 cum Psalmista, *super Dominum curam vestram*
& ipse vos enutriet. psal. 54. S. Dominicus qui
 huic negotio præfens aderat, timebat ne isto
 agendi modo Deum tentare videretur, sed
 paulo post attonitus spectavit apportari un-
 dique abundantissime tam utensilia quam
 quæ ad victum essent necessaria: quare ita
 perterritus est S. Dominicus ut constituerit
 suis etiam Religiosis annuos redditus adimere
 existimans ordinem suum melius in divina
 providentia, quam in terrenis mundi bonis
 fundatum iri.

I. 4.

*Qui dat corpori formam & staturam, tribuit
etiam reliqua illi necessaria.*

Christus Dominus ac Magister noster
pudeund. in S. Matthæum cap. 6. textu
adjunxit considerationem in hanc sententiam.
*Quis autem vestrum cogitans potest
jicere ad staturam suam cubitum unum?*
participium latinum: *Cogitans*, non habet
tam vim atque energiam, quam habet *Cogitatio*
cum *respiratio*, quod significat ruminare
studio & cogitationem in diversa
Quod autem dicit de statura corporis, id
dici potest de magnitudine honorum, di-
tiarum, aliorumque bonorum quæ non
nus à Deo dependent quam corpus & anima
nostra, ideoque quæ ipse omnipotens
sua staturam corpori nostro determinat
illique suam tribuit proportionem & dimen-
sionem descripsit, eadem definivit cetera
na nostra, ijsque terminum ponit probi
placito suo, quem nullis viribus nostris
lisque laboribus proferre ac dilatare pos-
mus. *Quia neque ab oriente neque ab occidente
neque à desertis montibus, quoniam Deus*

dex est, hunc humiliat, & hunc exaltat. psal.
74. Quare ne felicitati temporum, nec ho-
minum industriae, nec opportunæ occasione
adscribas secundam fortunam & optatos, si
quos fortis rerum tuarum successus. Deus
est qui determinat, qui ordinat, qui dividit &
distribuit omnia, pro ut ipse iudicat expedire
ille pauperem facit & ditat, humiliat & sub-
leuat: suscitatur de pulvere egenum, & deponit
potentes de sede. incrementum dat & decre-
mentum quibus voluerit. Nisi Dominus cu-
stodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit
eam psal. 127. Quasi dicat Propheta: sine Dei
auxilio humana præsidia, munitiones & ap-
paratus bellici urbi non proderunt, nec ho-
stem excludunt à mœnibus. Eodem referri
debet quod Sapiens adnotavit in proverbij
in te familiari discrimen inter homines: Alij,
inquit, dividunt propria & ditiores fiunt, alij
rapunt aliena & semper in egestate sunt. Un-
de hoc, nisi à Deo, qui benedictionem suam
impertit illis, his meritò subtrahit? Quid ergo
anxius geris sollicitudines & affligis te pro
hujus vitæ bonis, quippe quæ non à tuâ pen-
dent sollicitudine sed à Dei munificentia. Il-
lius te sanctæ providentiæ sine anxietate cō-
mitte, qui corporituo organa contulit, facul-
tatesque congruas, non decrit in providendis

medijs ad illorum conservationem necessarijs. Facilius siquidem est supeditare hominum alimentum quàm sufficere vires & facultatem illo ipso utendi & convertendi instantiam aliti. Cum igitur quod difficilius tam liberaliter donavit, noli existimare quod facilius est, tibi denegaturum.

§. V.

Fiducia in Deum non debet fovere negligentiam & otium.

AT dicet aliquis: conseram ergo manus in sinum expectans dum Deus adimpleat promissa sua & præstolabor in otio vineæ providentiæ munera? Quid vero mirum faciet familia mea, quid famuli, quid ego metipse, & quid fiet bonis hæcenus partis si non ea labore atque industria cultus fuero augere? Verum facile respondetur ad hanc imperitorum objectionem; ut mediocriter sapienti satisfiat, Tantum enim abest ut Deus nos velit in otio vivere, ut illud vel maximè prohibeat & in sudore vultus jubeat nos lucrari panem nostrum. *Laborem manuum tuarum quia manducabis.* Propheta, & Apostolus: *Qui non laborat, manducet.* Non tamen vult Deus, ut hic labor cum anxietate & nimia sollicitudine a nobis

I. 4. m.

nem necesse
 litare homi-
 s & facili-
 tendi in fa-
 difficultate
 stimare po-
 um.
 negligentia
 ergo me-
 Deus ad-
 or in otio
 id vero in-
 uli, quid
 actenus
 ultia co-
 responde-
 em; ut
 tantum en-
 vere, ut
 tudore
 strum, la-
 lucaba, et
 laborat,
 ut hic la-
 dine a no-

suscipiatur, aut cum inordinato lucrandi de-
 siderio, præposteroque metu, ne commodi-
 tates desint, ne unquam quod satis sit, suppe-
 tat. Hoc significare voluit Christus illis ver-
 bis; *ne solliciti sitis*. Ceterum vult, ut quisque
 juxta vires suas honestè moderatèque se oc-
 cupet, & obligationi status sui atque condi-
 tionis faciat satis. Simul etiam desiderat, ut
 impigrè respondeamus divinis inspirationi-
 bus, quibus exhortatur nos ad assiduum in
 sancto suo servitio progressum ad indefes-
 sum salutis nostræ studium. Atque ita certò
 nobis persuadere debemus firmissimeque
 credere, quod ipse non minus defuturus sit
 nobis in suppediandis vitæ necessarijs, quàm
 in reddenda post mortem cœlesti gloriâ si
 eam bonis operibus fuerimus promeriti. Il-
 lud inquam credere debemus eadem certitu-
 dine, qua ejus confitemur omnipotentiam,
 sapientiam, bonitatem, misericordiam, reli-
 quasque infinitas perfectiones; sicut eundem
 credimus unum in naturâ, & trinum in per-
 sonis. Siquidem aliæ omnes veritates Evan-
 gelicæ non magis sacrarum Scripturarum te-
 stimonio confirmantur quam ista de qua lo-
 quimur. Lib. 2. c. 5. Ad extremum denique il-
 lius capituli invitans nos ostendit qua ratione
 votorum nostrorum fieri compotes possi-
 mus.

mus. *Quarite ergo, inquit, primum regnum Dei & iustitiam eius, & hac omnia adiunguntur vobis.* Hic est ordo quem servare oportet ne fallaris. Habe primum curam animæ & invenies qui gerat curam corporis tuum. mor esto salutis tuæ æternæ eamque quotidiano virtutum exercitio confirma, & expieris res temporales tibi non defuturas. *Dei voluntatem, sicut faceres tuam, dicitur quidam Doctor Hebræorum, & Deus facit voluntatem tuam, sicut faceret suam.* In eadem sententiam scripsit olim ad Regem quondam S. Gregorius Magnus: *facite quod Dei est, & Deus faciet quod vestrum est.* S. Hieronymus comment. in c. 6. Matth. *homo, inquit, qui esse debet, mox ei adduntur omnia per quem facta sunt omnia.* Denique Sanctus Bernardus: *Hoc sapere, hoc fide vivere est, sicut dixit Apostolus, unusquis aliter facit, videatur habere fidem mortuam aut mortuus esse fidei.*

CAPUT. VI.

Continuatio ejusdem Argumenti.

§. I.

Insignis figura eorum qui non integrè considerant Deo.

NArratur lib. 3. Regum c. 20. Quod cum Benadabus Rex Syriæ congregato

ni exercitu suo adiunctisque sibi triginta
duobus Regibus profectus ad pugnandum
contra Regem Israel communem hostem
obsidione cingeret Samariam, duces exerci-
tus tam potentis atque instructi fisi tantis
undique collectis viribus, ingenti fastu atque
superbia jactabant sese & certam sibi victo-
riam spondebant contra Regem Hebræorū,
etsi hic quicunque excogitari possent, appa-
ratus bellicos opponeret. Verum brevis illa
jactantia fuit. Contra quem illi velut jam
devictum prostratumque gloriabantur, ab
eodem fusi fugatique sunt memorabili clade
accepta. Non multo post suaserunt Benada-
bo consiliarij ejus nescientes cui adscriberent
tantæ cladis causam, ut instaurato exercitu
denuò aggrediretur Israëlitas, sed in campe-
stribus non in montibus; dicebant enim: *Dij
montium sunt dij eorum, ideo superaverunt
nos, sed melius est ut pugnemus contra eos in
campestribus & obtinebimus eos.*

Historia hæc ad vivum exprimit illud ge-
nus hominum qui certis limitibus & quibus-
dam rerum finibus ædibusque divinam ad-
stringunt providentiam, extra quos eam mi-
nime agnoscunt. De bonitatem exempli cau-
sa prædicant in peccatorum remissione, in
gratiarum donorumque spiritualium distri-
butio-

butione, in collatione cœlestis beatitudinis, qui puram sanctamque in terris ducunt vitam. At quod spectat ad præsentis vite bona temporalia & commoda, non fidunt magis, quam si hæc à Deo non essent expectanda, sicut jam supra alia occasione diximus. Unde fit ut ad conservanda vel augenda huiusmodi bona non vereantur offendere deum per usuras, fraudes, iniquos contractus, perjuriam, aliaque patrare peccata enormia, fidei, quod per poenitentiam ad illum reverſi, facili, quæ ejus est misericordia & bonitas, reddaturi sint cum illo in gratiam. Verum ut eadem bona temporalia ab ipso sperent, ac credant quod hæc sine ejus offensione possint obtinere, inducere in animum non possunt, nec ad hoc illis persuadendum sufficit tot factæ promissiones, tot tantaque miracula, quæ fecit & facit quotidie Deus ad confirmandam suam in promissis fidelitatem. Heu deploranda mortalium cœcitas! quam quò magis considero, eò admiror vehementius & hominum perversitatem Dei bonitatem abutentium, & divinam clementiam in perferendâ tanta injuriâ: sperare scilicet à Dei misericordia abolitionem peccatorum & ornamenta gratiæ, cujus beneficio supra omnem naturam exaltemur, & digni reddimur

immor-

immortali gloria, qua fruuntur in cœlis beati
nec tamen posse ab eodem sperare vitæ tem-
poralis subsidia necessaria, quæ sine compa-
ratione inferiora bona sunt donis gratiæ, &
quæ nobis cum avibus & piscibus cum inse-
ctis & reptilibus communia sunt. Dic obse-
cro mi homo Christiane, quo modo imagi-
nari tibi potes Deum hinc tam providum &
misericordem, inde tam imprudentem atque
immitem: liberalem in effundendis super te
gratiæ suæ thesauris, avarum in tribuendis
corpori tuo necessarijs? Quomodo sperare
audes perennes divitias Angelorum, & quo-
tidiana formicarum terræque vermium
commoda obtinere ab ipso desperas? Quale
divinitatis monstrum tibi fingis: Deum ex
auro & luto; altero validum brachio, & debi-
lem altero: omnipotentem ut bonis inæsti-
mabilibus & æternis te compleat, at impo-
tentem ut tibi res vilissimas & cadueas sup-
peditet. Nonne vides hanc esse diaboli illu-
sionem, qui dividere vult regnum Dei & in-
ducere te, ut ad se recurras pro rebus terrenis
relictis cui placuerit, cœlestibus? Non enim
ignorat stultum esse sperare quod majus est,
maximique momenti ab eo, quem iudices
præstare non posse quod minimum est om-
nibusque obvium. Proinde fiducia quam te

K 5

pu-

putas habere in Deo postulans ab eo gratiam
 & remissionem tuorum peccatorum, non es
 nisi larva & fucata fiducia imago, qua tibi de
 ea blandiens vana persuasione te ipsum alio-
 que, quibus videris multum Deo confidere
 seducis. Quod si vel modicum in te rationis
 sit, dubitare non potes quin Deus Dominus
 sit non minus temporis quam aeternitatis,
 tam corporis quam animae, tam terrae quam
 coeli, tam fluxarum rerum quam aeternarum
 à quo igitur alio quam ab illo desiderata tua
 bona recepturum te potes sperare? Jam vero
 cum peccatum aliquod perpetras ut optatum
 rerum tuarum successum obtineas, aut cum
 negligis ad Deum confugere pro gratia
 recte providendi impetranda, non confide-
 ras summam imprudentiam tuam, quod cum
 Dei offensam audeas tibi prosperam polliceri
 fortunam, quam ille solus potest tribuere?
 Aut quomodo sperare potes felicem cuius-
 cunque negotij administrationem si incurras
 ejus offensam & indignationem, sine cuius
 beneficio boni nihil consequeris, negotium
 tractare ex sententia nullum potes. Non deus
 Deo, qui zelator est honoris sui, modus certo
 impediendi, ne contemptores sui de contem-
 ptu suo possint gloriari, *Seperet viam eorum*
spini, Ose 2. ut ipse minatur per Prophetam,
 &

& deducet eos per invia & aspera, qui sibi spondebant semitas rosas & libijs stratas, & qui ad culmen gloriæ se perventuros sperabant, præcipientes ruent in profundum confusionis & ignominie. Idcirco Prophetæ toties Dei nomine nos exhortantur, ne cuiuscunque illecebra boni peccato consentiamus; illud enim sicut malum est maximum, ita nihil nisi malum producit. *Nolite sperare*, monet Psaltes, *in iniquitate*, psal. 71. Omnia bona temporalia & æterna à Dei solius dispositione pendent, ille omnium autor & largitor est ab illo oportet ea petere, ab ejus munificentiâ manu sperare. *Aperis tu manum tuam*, canit Vates regius, *& implet omne animal benedictione*. hoc est liberaliter tribuis cibum omni animanti: & verò facillime atque citissime, manum duntaxat aperiendo, ut notat Theodoretus.

§. II.

Motiva ad ponendam in Deo fiduciam pro rebus temporalibus.

Sic ergò verum est, ut est verissimum, quod Deus est Pater atque Creator noster, quod tam bona temporalia quàm spiritualia in ejus sunt sita potestate, quod munificentissime providet animantibus, plantis, & floribus

K 6

qui

quā tandem fieri potest, ut nos egere pariat
 necessarijs vitæ subsidijs? Nos qui inter has
 omnes creaturas nobilitate naturæ prin-
 cipem locum tenemus; præsertim si filiali &
 certâ cum fiduciâ paternæ ejus providentiæ
 nos totos committamus. *Scit enim Pater ca-*
lestis, inquit Christus, *quod hi omnibus indi-*
geris nimirum cibo, potu, vestimentis, cete-
 risque rebus, quas tam providus Pater, tam
 amans vestri, quantum amorem curamque
 nullus Pater, nec ulla mater gerit suorum fi-
 liorum, suppeditabit vobis opportuno tem-
 pore Amicitia Cæsaris, dicebat quidam Phi-
 losophus, aut alterius cujusdam potentis Ro-
 mani sufficit, ut quis Romæ possit vivere si-
 ne ullius timore inopiæ. Et Deum ipsum ha-
 bere patrem ac tutorem non sufficiet, ut de-
 ponamus omnem metum incidendi aliquan-
 do in rerum necessariarum indigentiam? His
 omnibus fiduciæ incitamentis adjungam a-
 liud efficacissimum quo ipse servator noster
 Christus utitur sub finem suæ ad fiduciam
 exhortationis. sumiturque ex differentia quæ
 esse debet fideles inter & infideles ac diffide-
 tes filios summi illius patris familias. *Nolite*
ergo solliciti esse, inquit, *dicentes: Quid mandu-*
cabimus, aut quid bibemus, aut quo operietur
nos? hac enim omnia gentes inquirunt. Matth.

6. v. 31. perinde ac si dicat: mirum non est gentes atque idolorum cultores magnâ sollicitudine quærere huius mundi bona, honores, divitias, non inanis existimationem, voluptates & carnales delectationes; non enim cognoscunt alia. Non est mirum si diu noctuque solliciti sunt, usque adeo ut alia omnia intermittant, ut necessaria duntaxat conquirant ad victum & vestitum, à quo enim ista sperent? cui confidant, non habent; Deum Opt. Maximum nō cognoscunt; dii verò eorum quos colunt, impotentes sunt, sine mente, sine iudicio, sine sensu, sine vita, denique nihil sunt. At vos qui adoratis Deum vivum & verum, vestrique non minus amantem quàm potentem ad faciendum quidquid libuerit, quid tantopere solliciti estis de rebus terrenis, quas, vilissimis etiam brutis animantibus tribuit abundanter? quid stulte vos excruciat? *Ecce non dormitabit neque dormiet qui custodit Israël.* Psal. 120. Non potest oblivisci suorum filiorum tam beneficus Pater, nec non recordari suarum creaturarum tam vigilans Dominus. Aliunde verò an ignoratis ad maiora vos natos quàm ad bona huius vitæ? Ethnici terrenis commoditatibus tantopere inhiant, quia nihil de celestibus divitiis audierunt; vobis verò hæc cognitæ sunt easque spectare debetis

atque intendere tamquam summam & complementum felicitatis vestrae. Cui tandem hærescitis? Relinquitte terram terræ, & relinquitte cœlum, ad hoc enim conditi estis, ut percipiat aliquando & possideatis regnum eternum quod præparatum est vobis a constitutione mundi.

§. III.

Præclara S. Chrysostomi verba in hanc rem.

Concludam hoc argumentum verbis notatu dignissimis S. Chrysostomi in illius Apostoli ad Hebræos c. 13. admonitionem: *sint mores sine avaritiâ*. Sic igitur loquitur aureum eloquentiæ os, scitè in hanc rem: *non potest ut qui quærit, quæ Deo congruunt, hæc quoque non assequatur; atque ne studium circa terrena evacuatur: de spiritualibus autem nulla est ratio, propterea terrena nobis pro voto non proveniunt; Christus enim dixit: Quærite primum regnum Dei & iustitiam eius. & hæc omnia adjicientur vobis*. Hæc in adjectionis parte tamquam adjectitia dicit dari: nos autem ordinem pervertimus. & perimus terram, & bona in terra quasi cælestia additionis loco nobis deest: idcirco neque ista neque illa habemus. Ergo gilemus aliquando & efficiamur futurorum desideratores.

CAPUT

CAPUT VII.

Sextum Motivum ductum ab experientia
præteritorum, ut benè speremus
de futuris.

§. I.

*Motivum quod habuit S. Polycarpus non offendi-
dendi Deum: quodque nos habere
debemus sperandi in eo.*

S Polycarpus gloriosus Christi Martyr
cum urgeretur a tyranno ut JESU
Christo malediceret, pio invictoque a-
nimo respondit: Octoginta annis jam illi ser-
vio, & nihil me læsit unquam, quomodo
possum maledicere regi meo qui vitam mihi
donavit. Rectè subungere potuisset, non so-
lum deesse sibi linguam ad maledicendum,
& cor, vel ad concipiendam tam barbaram
Sacrilegamque vocem; Verùm etiam omnia
membra corporis sui omnesque animæ fa-
cultates esse totidem linguas & totidem cor-
da quibus illum laudaret, sine intermissione
grato animo recolens beneficia sibi collata;
& conferenda in posterum certâ cum fiducia
sperans. Qui duo affectus sunt à se invicem
inseparabiles; Cur enim non speret bona ab
eo, a quo maxima quæque acceperat: quem
erat

erat expertus tam beneficium in prospiciendo suis necessitatibus: tam promptum in succurrendo: tam suavem & efficacem in consolando se in adversitatibus? Si quis princeps sibi foedere junctos, suæque fidei & tutelæ commissos potenter tueatur & protegat, dignus sanè est, cujus amicitiam omnes populi exoptent & ambiant; & Deus qui neminem unquam fecellit, aut ope suâ destituit, qui cuncta perfectâ cum fiducia imploravit, sed e contra omnipotenti divinæ protectionis suæ virtute sperantes in se reddidit formidabiles hostibus suis atque insuperabiles. Hic inquam non mereatur, cui creaturæ omnes serviant & sacramentum dicant? Nunquid in eum relut in aram refugii atque asylum intemus semper oculis merito deberemus respicere? Eam in prosperis atque adversis ut supremum protectorem nostrum, ut consolatorem optimum assiduis precibus invocare?

§. II.

Deus nunc aequè bonus, aequè liberalis est, ac unquam fuit.

IAm verò non sumus tam amentes ut persuadeamus nobis alium nunc mundo rectorem præsidere; quasi Deus Opt. Maximus qui ante & post diluvium mundi gubernaculo

latenuit, hominum peccatis offensus depo-
suerit suarum providentiam creaturarum.
Nam ipsa apud Salvianum quorundam im-
piorum huiusmodi leguntur voces: Majores
nostri viderunt olim mirabilia multa & ma-
gna quorum nullum modo superest vestigiū.
Non pluit jam manna in agros nostros, non
coturnices turmatim deferuntur in manus,
nec aquæ profluunt de petra in deserto. O
stupiditatem ô diffidentiam hominum into-
lerabilem! Verum quidem est subjungit mox
idem Salvianus, non videmus jam manna de
coelo toris instar lapsum operire terram, sed
tamen metitur frumentum quot annis in a-
bundantia, & replentur horrea, & colliguntur
fructus omnis generis etiam ad delicias; non
capiuntur coturnices nisi certo anni tempo-
re, sed tamen toto anno tellus, aer, & aqua
usque ad nauseam suppeditant omnis gene-
ris feras, aves, & pisces pauperibus ad necessi-
tatem, divitibus ad delicias. Nobis quidem
non fluit aqua de rupe sicut illis; sed tamen
præter tot fontes & fluvios qui irrigant pra-
ta nostra & campos absque ullo nostro labo-
re, cellæ nobis præbent vinum meracissimū
cujusmodi ne guttam quidem illi gustarunt
in deserto. Et sanè dubitare nullo modo pos-
sum, addit idem vir sanctus, si nobis hoc tem-
pore

pore daretur optio eligendi vel illorum vel nostram vivendi rationem, quin nostram eligeremus præ illorum victus conditione. Sed sunt huiusmodi voluntates nostræ perversæ quibus nitimur in vetitum semper cupimus que negata, & imminuimus bona à Deo nobis donata ut laxemus obligationem qua sumus obstricti. Hæc nostra ingrata natura est, & invidia quæ persuadet nobis conditionem nostram, tametsi reipsa melior sit, deteriorē esse fortunā aliorum.

§. III.

Singularis in Deo fiducia David.

Huiusmodi ingrati animi cogitationes nunquam admiserunt viri sancti sed illud quotidie corde & ore versabant quod sapienter in psalmis suis repetit sanctissimus Rex David: *Quoniam tu es Domine, spes mea.* Nec brevius quidquam dicere potuit, nec quod maiori sibi esset consolationi, ideoque hoc erat familiare cogitationum eius obiectum. hæc materia gaudiorum, hoc dictorum sacramentumque argumentum: *Diligam te Domine fortitudo mea* 1. psal. 17. & alibi: *Domine spero in te mamentum meum & refugium meum, & liberator meus, Deus meus, & sperabo in eo protector meus & cornu salutis mea.* Huiusmodi

di verbis pio affectu plenissimis Vir sanctus suam erga Deum fiduciam testabatur. Et videtur non satis se posse hac in re explicare, nec invenire verba congrua, quibus sensa sua digne exprimat. Idem diverso loquendi modo sæpissime repetit, quia nihil sibi videbatur dicere quod animo suo satisfaceret, quamvis omnia sint plena amore & fiducia plusquam filiali. Alibi iterum loquitur in hæc verba: *Esto mihi in Deum protectorem & in locum refugii, ut salvum me facias, quoniam fortitudo mea & refugium meum es tu.* psal. 30. Denique concludit unum ex psalmis suis quatuor quidem verbis, sed quæ alia omnia, ut S. ait Augustinus, verba complectantur: *Deus meus, misericordia mea.* Quid sibi volunt hæc verba, quærit S. Doctor, Deus meus, misericordia mea? Nunquid significare vult his vates, quod Deus sit refugium suum & præsidium, fortitudo sua, salus, pax, quies, voluptas & gloria sua? Omnino, hæc omnia, subdit, simul hisce significat & aliquid amplius.

§. IV.

Hac fiducia Davidus fundata erat in beneficiis à Deo acceptis.

Sed unde existimas promanasse tantam in sanctissimo hoc Rege fiduciam, quæ ipsum
in

in tot tantisque hostium insidiis, æmulatione calumniis & persecutionibus invidorum reddebat securum, faciebatque intrepidum in maximis cæli tempestatibus & terræ turbis multibus? Non aliunde profecto quam ex certa cognitione vel experientia potius quotidiana divinæ erga se providentiæ tantam percipiebat securitatem. *Quoniam tu persisti omnes adversantes mihi sine causa: deus peccatorum contrivisti.* Super quem locum, ait Augustinus latrare possunt, mordere non possunt: invadant, non lædent: impellant, non deiciunt: vires suas contra me exserant, sed non nocebunt: seipsos consument, non me. Hac spe nixus dixit alibi: *Dominus qui eripuit me de manu leonis & de manu ursi, ipse liberabit me de manu Philistæi huius.* *Ecce. 1. Reg. 17.* Revocabat nimirum in memoriam multiplicia beneficia sibi à Deo præstata ab adolescentiâ sua, & inde usque repetens conferebat inter se singula, ut confirmaret se spe peria obtinendi in posterum. Considerabat divinæ dispositionis ordinem circa justos omnes à mundi nascentis initio tot seculorum decursu paterna cura, amore & suavitate admirabilem & efficacem ad perducendos illos ad æternam beatitudinem. Hinc sumebat fiduciam similia sibi ab eadem munificentia spe-

esperandi. Quæ cogitatio incredibili eum afficiebat consolatione; ut testatur ipse his verbis: *memor fui iudiciorum tuorum à seculo Domine, & consolatus sum.* psal. 118. & 77. *Narrantes laudes Domini & virtutes ejus: & mirabilia ejus quæ fecit.* Quo fine, Propheta Sancte? *Ut ponant in Deo spem suam.* Totus iste psalmus 77. unde hæc decerpta sunt, extendit ut doceat hominem in divino Numine ponere spes suas, ejusque opem in omni occasione implorare. Sed fortasse gratius erit cognoscere magnanimitatem piissimi Regis ex ipso potius exercitio quàm discursu ejus conceptæ in Deum fiduciæ; illud enim ut longè superat ejus ipsius verba, ita præclaro exemplo suo admirationem sui omnibus concitat, idcirco placuit illo concludere hunc secundum librum ut hætenus allata motiva ab ejus eximiis atque heroicis actionibus ob signata confirmantur. Proponam illum in iis circumstantiis, in quibus nullæ præter divinam opem, creatæ vires præsidio illi esse potuerunt!

§. V.

David persecutionem patiens ab Absalone conservat animi tranquillitatem.

Am alibi de hoc dicere cæpimus. David enim audito venire contra se instructo, ex-

exercitu rebellem filium Absalonem vitæ suæ
 insidiantem & regno, quamprimum cum
 paucis suorum se in viam dedit ut effugeret
 parricidæ manus, remissis in Hierusalem
 sacerdotibus cum arca Dei, demonstrat illis
 vultu & verbis ejusmodi tranquillitatem ani-
 mi, ac si vidisset cuncta in familiâ regni
 sententia succedere. Consideremus nunc que-
 lem se exhibuerit in exordio hujus perfec-
 tionis cum recepit insperatum nuntium to-
 tius regni seditionis & subditorum suorum
 contra se conspirationis. Narratur libro 2
 Regum c. 15. venisse nuntium ad David cum
 festinatione eique nuntiassse paucis quidem
 verbis, sed quæ sanè alteri fuissent totidem
 sicæ transfigentes cor, aut fulmina quibus in
 ipso vestigio oppressus fuisset: *Toto corde uni-
 versus Israël sequitur Absalom.* Quali dice-
 ret: actum est, perimus, ô Rex, spes nulla salu-
 tis superest, perimus. Rebello Absalonis at-
 traxit torrentis instar universum populum, om-
 nes communi consensu illi adhaerent, con-
 spirantes in necem nostram: quot subditi, ex
 hostes tui. Tam ferali personante classico
 quid fecisset alius princeps, non sic solius
 David, confugere ad Deum sub umbra ala-
 rum ejus protegendus? Videbat eodem tem-
 pore se desertum ab amicis, ab inimicis cir-

cumdatum, humano præsidio destitutum, dejectum de throno suo, proscriptum regno ab ambizioso filio suo. Videbat se tamquam hostem Reipub. cuius ipse rector legitimus erat, declarari, & indignum regio sceptro quod sibi communi consensu Dei & hominum erat delatum: &, ut ait Salvianus, dejectus erat usque in servorum suorum, quod grave est, contumeliam, vel quod gravius, misericordiam, ut vel Siba eum pacere, vel maledicere Semei non timeret. Quid faceret, quod se verteret, aut quid amplius timeret, nesciebat. Videbat sibi undique pericula, civibus cades, patriæ vastitatem imminere. An non fortissimus quisque eorum quos Oratores Ethnici tantis in cælum laudibus efferrunt, hinc sumpsisset occasionem præ pudore & ira aut furore ac desperatione mortem sibi consciscendi? Quid hic putas fecisse invictissimum hunc regem, cum videret se tot tantisque malis circumdatum, ad eas fortunam regiam redactam angustias ut humana ope restitui jam amplius non posset? Nunquid violentas sibi ipse manus intulit, ut Saiil? aut vocavit armigerum suum ut ab illo interficeretur, ut Abimelech? aut laqueo suspensus fauces sibi præfocavit, ut Achitophel? aut in ardentem se rogum coniecit cum Sardanapalo?

lo? aut gladio se transfodit ut fecere innume-
 rati cum in similes incidissent fortunæ cal-
 Verum generosiore se afflatum spiritu re-
 giosissimus hic princeps ostendit præfuri-
 istis. Credere ne nulla illum aut odii aut in-
 dignationis passione contra rebelles ite-
 commotum fuisse? Immo quod amplius est
 quodque vix persuadere nobis possemus nisi
 divina haberemus autoritate testatum, cre-
 dere ne nullam ipsum sibi de consuetu son-
 no horam detraxisse? ait enim psal. 3. quem
 ipso tempore composuit quo fugit persequen-
 tem Absalonem : *Ego dormivi & soporatus
 sum, & exsurrexi, quia Dominus suscepit me.*
 Alia versio habet : *Ego cubabo & dormiam,
 meque ipsum excitabo; quia Dominus suble-
 vat me.* Quasi diceret: tamen si hostes undique
 circumfusi mihi struerent insidias, & per-
 perciperem armorum strepitum, equorum
 hinnitum: licet cognoscerem amicorum in-
 festa consilia, fidorum aliàs ministrorum per-
 fidiam, omnes regni mei vires in me conco-
 tatas, & jam deserto atque inermi mihi infer-
 re manus seditiosa turba moliretur; nihil
 minus tamen non desii liberè & secure dor-
 mire, quantum naturæ sat erat, & quieti mi-
 dare ut solebam alias, donec me ipsum exci-
 tarem cum placebat, significare volens,

suorum multitudine hostium, nec strepitu armorum nec tubarum clangore, nec tumultu militum aut equorum se a somno excitatum deseruisse lectum, sed sponte captatam ad reparandas vires necessariam quietem abruptisse, postquam satis ei datum fuisse iudicasset, hoc est: meque ipsum excitabo.

§. VI.

Causa tanta tranquillitatis.

NE quis autem miraretur tantam animi tranquillitatem in tam subitis seditiosisque motibus ac periculis, continuo causam subdit: *Quia Dominus suscepit me.* Perinde ac si diceret: sine causa me affligerem & consueo me somno privarem, divino circumvallatus praesidio custodiaque munitus omnipotentis contra omnes adversarios meos. Nam verè Deus ipse erat *protector meus* & *consulor meus* & *susceptor meus*, qui misit legionem Angelorum suorum ad custodiam corporis mei; & quis aliquando hominum demonumve exercitus locum tam munitum occupavit? Huc spectat illud quod idem divinus Vates canit: *Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion non commovebitur in aeternum.* psal. 124. immò securiores multò sunt, nam *montes duntaxat in circuitu ejus, at Dominus*

in circuitu confidentium in ipso. *Abfcondi*
eos dicit alibi in abfcondito faciei tuae a contem
batione hominum : proteges eos in tabernacu
tuo Psal. 30. Et rursus : *Immittet Angelus Dei*
mini in circuitu timentium eum, & eripiet
 psal. 33. id est Angelus circa timentes Deum
 diffundet se tamquam custodiam militarem
 aut exercitum Non ergo sine causa secura
 dormiebat David Deo ipso & Angelis pro
 salute ejus vigilantibus. Videtur alludere
 id, quod olim Deus dixerat ad populum
Dormietis & non erit qui exterreat vos. In
 sequenti libro erit amplior dicendi locus
 hac admirabili securitate & tranquillitate
 mentis velut uno ex præcipuis fiducia
 Deum effectibus Nunc verò quod maximè
 ad rem præsentem facit, est, quod David spe
 suas de futuris fundarit in experientia præ
 ritorum, magnanimitatem testatus & inco
 cussam in Deo fiduciam, quoniam cum es
 pertus erat ter optimum ter maximum pro
 tectorem suum & benefactorem in omnibus
 necessitatibus suis. Nam his verbis, quæ mo
 do explicui: *Ego dormivi & soporatus sum &*
exsurrexi; continuo subjungit ista quæ
 jam adduximus: *Quoniam tu percussisti omnes*
adversantes mihi sine causa; dentes peccatorum
contrivisti. Hoc ipsum motivum obvertit

nobis semper ante oculos debet, ut illo incitati magnam ponamus in Dei bonitate fiduciam, qui nobis hucusque tot tantaque præstitit beneficia, qui nunquam defecit invocantibus se in veritate. Hoc ipsum est motivum quod ipse tantopere nobis commendavit ut illo uteremur, & graviter exprobravit illis qui illud neglexerunt. *Quo usque non credent mihi in omnibus signis qua feci coram eis?* Num. 14. Loquitur Deus de populo Israëliti-
co cui exprobrat incredulitatem & diffidentiam, postquam enim in ejus conspectu, in ejusque gratiam fecisset prodigia magna in cælo & in terra, siccasset mare & fluvios, replevisset ubertate loca deserta & inaquosa, subjugasset nationes gentium potentissimarum, aliaque fecisset *Magnalia in Ægypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari rubro* psal. 105. Tot tantisque ingrato populo à Deo præstitis, Propheta teste, *non crediderunt verbo ejus*, nec speraverunt in Deo adjutore suo. Et initio Deuteronomij Moyses enumeratis prodigiis in cælo terraque à Deo patrat, cum Israëlitas educeret ex Ægypto, & recensitis beneficiis quibus in itinere longo atque difficili erant divinitus cumulati, exprobrat illis diffidentiam eorum his verbis: *Nec sic quidem credidistis Domino Deo vestro. &c.*
Deut. 1. L. 2. §. VII.

Conclusio Libri secundi.

Satis est Deus Optime Maxime, satis superque & rationum ac motivorum efficium ad persuadendum nobis ut ab hac creaturis corda nostra integrè atque perfecte reponamus in divinà providentia tuā: hanc solam in posterum levabimus oculos nostros, hanc spectabimus semper; ab ea subsidiumque expectabimus. Sicut oculi vestrorum in manibus Dominorum suorum ab his auxilium & protectionem obtineant ita oculi nostri ad te Domine Deus nostra spes nostras vota arque desideria nostra cogitationes omnes dirigemus ad te ut non confundamur, Tu indidisti nobis inclinationem tam insitam atque innatam omnibus etiam sceleratissimi quique eam dissimulare non possint. Tu invitasti nos fidelitate promissionum tuarum ad sperandam omnium generis bonorum copiam. Tu statuisti variæ punitionis exempla in eos, qui spem suam posuerunt in Creaturis, ut doceres nos aliter malo meliora sapere, Tu denique firmissimis rationibus convicisti nos, quibus amplius reluctari non valemus. Vale ergo humana providentia, vale sapientia carnis & sanguinis. Vale

lete doli & artes, valete dignitates & honores
mundi, fama nominis, vires corporis, divitiæ,
amicitiæ & foedera hominum valete. Debilia
estis & infida fortunæ membra, bonorum
imagines, felicitatis umbræ, humanæ spei lu-
dibria; fidere vobis amplius non placet, uti
vobis quando necessitas coget, utemur ut
peregrinis bonis, ut fluxis & perituris. Om-
nis in posterum spes atque fiducia nostra de-
fixa erit in Deo Optimo Maximo cœli terræ-
que Domino, rege seculorum immortalis, in-
visibili, cui soli honor & gloria in secula secu-
lorum. Amen.

LIBER TERTIUS

DE

Effectibus Fiduciæ in Deum.

Proœmium.

§. I.

Qui fidunt Deo, rectè comparantur Soli.

QUANTA est differentia solis inter lu-
men & fumigantis lucernæ, tanta est
inter eum qui fiduciam suam ponit in
divina providentia, & eum qui humanæ fidei
prudentiæ. Unde Vir sanctus comparatur
soli

L 3

soli

soli Eccli. 27. & terrenus lino fumigant
 ellychnio. Quemadmodum enim Sol qui
 sacris literis dicitur *vas admirabile*, opus
celsi, radiis suis refulgens illuminat caelos
 elementa uno labore, sine defectu, sine
 summatione sui, sine periculo ullo ne
 cinguatur, imò ne non luceat aliquando
 terea recreat homines & animantia super
 ram claritatis suæ splendore illustrat col
 & ipsam rerum omnium pulchritudine
 quidquid nobile in natura corporea & p
 tiosum, occultâ vi producit, tacitisque
 incrementis productum. Ita plane generat
 animus qui in solo Deo confidit, sufficit
 omnia, nec operando se exhaurit, aut
 magna agit sine difficultate, sine labore
 tædio. *Omnia possum in eo qui me confidit*
 dicebat Apostolus. Ad Philip. 4. Et
 Bernardus censet in nulla re adeo elucere
 omnipotentiam quam in hoc quod vel
 omnipotentes reddat eos qui confidunt in
 Hi sunt, inquit SS. Patres, quorum
 cæli & elementa subsistunt: propter quod
 lesacit ignis, & sol lucet. His impii debent
 ta necessaria, quibus se alunt & aërem quo
 respirant. Christus Dominus dixisse ferunt
 Terefiæ: si non creassem mundum, nunc
 crearem amorem tuum. Est sicut sol qui radios suos

quaquaversum spargit sine ullo strepitu; pari modo confidentes Deo opera sua perficiunt in silentio absque pompatico tumultu, quæ tamen se longius latiusque extendunt quam ipsa solaris astri secundæ influentiæ. Illa quippe momento unico ascendunt usque ad cælum, implent terram, pervadunt infernū, dum simul pariunt & gloriam Deo, & Angelis gaudium & bonis omnibus singularia beneficia; dæmonibus verò terrorem incutunt & dolorem.

§. II.

Qui confidunt creaturis, assimilantur cereo

Contra verò illos, quorum spes omnis innititur creaturis, scire S. Bernardus comparat lucenti cereo, qui lucem suam habet à cerato ellychnio accenso. Hæc figura ad vitam exprimit imbecillitatem bonorum quibus homines mundani tantopere adhærent, & à quibus omnis eorum, qua se jactant, magnificentie splendor dependet. Nam cum accenditur cereus, non purum lumen est sed lucerna, si quidem ignis ipse propria fomenta consumit, nec nisi ipsa consummatione fovetur. Præterea est ipsum lumen tam remissum ut vix ad tres passus propagetur; tam obscurum, ut non nisi oculis infirmis sit gra-

tum: tam debile ut levissimo flatu exingatur: tam denique sterile ut non nisi fumum pariat. Pari prorsus ratione omnis mortalium gloria & pompa tenui pendet filo vitæ brevis & caducæ, & temporalium bonorum in quibus mortales suam omnem collocant fiduciam. Idcirco omnis iste splendor tam modicus est ut nec delectet nisi infirmos oculos nec percipiatur nisi à carnalibus mundi amatoribus: exiguo adversæ fortunæ flatu evanescit & resolvitur in fumum vanissimæ gloriæ. & quod his omnibus magis deplorandum censeo. simul ac apparet, perit, cum occiditur, occidit, velut cereus, ubi accenditur, minuitur, & sua se luce consumit.

§. III.

Propositum autem hoc libro Tertio.

HÆc est igitur differentia quæ intercedit inter duplex isthuc hominum genus, quam hoc libro tertio conabor ostendere per ipsorum fiduciæ effectus, qui non minus diversi sunt & sibi invicem oppositi, quam illæ ipsæ res quibus innituntur, nimirum Dei veritas & mundi vanitas. Potissimum tamen agam de effectibus fiduciæ in Deum; alterius siquidem effectus facile innotescunt tum ipsarum causarum à quibus producuntur, tum personarum

narum à quibus recipiuntur, conditione. Proinde sufficet hic obiter notare nihil mundo esse imbecillius, nihil fallacius, iis vero qui illi credunt, nihil cæcius, nihil miserabilius: tametsi magna pars hominum non illi fidit solum, verum etiam cōsulit velut oraculum, colit ut Deum, nec corpori nec animæ parcat, ut illi placeat. Cujus spe boni? Veri nullâ: tandem deceptio merces est laborum. O illusio! ô deploranda rationis atque iudicii iactura. Omnem operam atque industriam adhibent, diu noctuque mundo laborant & laborando corporis animique vires exhauriunt; quo vero fructu? Tyrannum sibi constituunt à quo proplæclare gestis, pro fortiter toleratis ludibria recipiant, exilia, ac sæpenumerò mortem ipsam, nunquam certè mercedem tantis laboribus parem. De quibus verè dici potest illud Aggæi: *Seminastis multum, & inulistis parum: Comedistis & non estis satiati: bibistis & non estis inebriati: operuistis vos & non estis calefacti: & qui mercedes congregavistis, misit eas in sacculum pertusum, c. 1.* Quid est hoc aliud quam telas araneorum texere, quæ flante vento rumpuntur, nec prosunt nisi ad capiendas muscas. Denique aptissimè comparantur huiusmodi homines ardenti lucernæ aut candelæ quæ absument seipsam, impor-

tuno stridore obstrepit iis quos illuminatio
lignine inficit atrectantes, fumo excrecat o-
los, extincta modico afflatu nares impleg
veolenti foetore.

CAPUT I.

*Fiducia in Deum effectus primus Veritatis
anima.*

Primus effectus quem divina hæc virtus
producit in animâ illam possidente, ap-
pellatur à S. Paulo *Pax Dei, quæ exsuperat
omnem sensum.* ad Phil. 4. Nihil hac pace super-
vilit, nihil stabilius; quippe quæ ex Deo pro-
est ipsa dulcedo, promanat, & in Deo funda-
tur qui est ipsa stabilitas. Paucis multa com-
plexus sum, sed operæ pretium me facturum
arbitror, pro huius virtutis merito, si paulo
fusus de eâ differam ut concipiatur melius
& ametur ardentius. Et quæ hæcenus de
ex occasione dixi, solum obiter & cursim at-
tigi, ad alia properans; hîc verò tamquam in
loco proprio pluribus de eâ agendum & par-
ticularim pertractandum est declarando non
nulla & illustrando Sacrae Theologiæ splen-
dore, rationis naturalis lumine, Sanctorum
que Patrum doctrinæ luce.

Qui confidunt in Deo, omnia ad Deum referunt: Primus fons veræ pacis.

§. I.

In effectibus Creatus plus est à Deo quàm à creaturis, solo excepto peccato.

Quisquis integram in Deo fiduciam collocat, ad Deum solum respicit; & quia novit gubernari à Deo omnia, pariter quæ sibi accidunt, tamquam de manu Dei suscipit, nullo habito respectu ad creaturas, perinde ac si nullæ essent. Picturæ opus non tribuitur penicillo: nec pœma aut oratio calamo; sed Apelles nominatur, cum laudatur tabella picta, & Virgilius cum laudatur Æneas, tametsi & ad hanc calamo & ad illam penicillo fuerit opus. Cur non dicimus pari modo: Deus hunc vulneravit, sanavit istum, ædificavit, demolitus est, & produxit per sese omnia creaturarum opera? quandoquidem non utitur illis solum velut instrumentis aut mediis & adjumentis ad obtinendum finem intentum, sed se illis adjungit ut primaria ac principalis causa, & tantum, imò amplius, quàm illæ se impendit ad producendos eosdem effectus, & cooperatur in idem unâ eademque cum illis actione totali. Cur non dicimus exempli causa: Deus domum istam redegit in cineres?

L 6

ipse

ipse enim & cum igne ad comburendum, cum homine injiciente flammam concurrens non quod participet de peccato, si quod facto intervenit (peccatum enim, quod malitia est, opus Dei qui ipsa est bonitas, cu nullo modo potest) sed motus manus, applicatio ignis, & quidquid est physicum in domino incendio, & operatione hominis autem nis, totum hoc tam est à Dei concursu, magis quam ab actione creaturarum; enim res creata est nec esse potest in mundo quæ non magis necessario à Deo dependet quam à quacunque creaturâ. Quare agere non tribuimus Deo res quascunque ad quarum productionem plus ipse confert quam Apelles ad imaginem Alexandri, aut Virgilius ad conscribendam Æneidem? Relinquamus nunc peccatum quod morale monstrum est & defectus, cuius Deus non magis est causa quam potentia ambulandi claudicationis aut visiva facultas visus luscii. Non expendimus hinc causas morales & deficientes, quæ nomine S. Augustinus causam peccati exponebat, sed physicas duntaxat & verè efficientes quæ re ipsa ex se effectum produciunt non defectum. Et hoc sensu dico; nihil quidquam de novo effici à quacunque re creatâ quæ non possit referri in Deum, ut in principem causam

fam, imò ad quod non plus conferat Deus solus, quàm simul omnes res creatæ. In hanc sententiam dixit Propheta: *Non est malum in civitate quod Dominus non fecerit.* Amos 3. Et Sanctus Job: *Manus Domini tetigit me.* c. 19. Quamvis eodem tempore diaboli omnes in se effusas vires rabiemque sustineret. Imò Deus ipse sic loquitur de unigenito Filio suo vulnerato propter iniquitates nostras: *propter scelus populi mei percussi eum.* Isai. 53. Hoc sensu exprobrat quoque Deus inimicis suis: *Servire me fecistis in peccatis vestris, præbistis mihi laborem in iniquitatibus vestris.* Nimirum quantum ad id quod in iis physicū est, cuiusmodi sunt actus cogitationum, voluntatis, ratiocinationis, motus linguæ & manuum, auditiones, visiones, ceteræque corporis vel animæ functiones, ad quas exercendas pro necessitate sibi imposita concurrat ut nobis integram inviolatamque servet in agendo libertatem.

Quod ad inordinationem peccatorum attingit, permittit ea inquit, S. Augustinus, divina bonitas nihil per se conferens nisi quod eos admirabili patientiâ tolerat, qui illa committunt. Quia tamen iustissimis de causis, quas paulò post deducemus, ea Deus permittit, oportet sanè profundâ cum humilitate acquiescere.

acquiescere huic sapientissimæ voluntati, quam habet ea permittendi, & exemplo Davidis cum convitiis appeteretur à Semei, & Patriarchæ Joseph suorum fratrum crudelitatem experti, referre ad Deum, cuius providentia, ut canit Ecclesia in sui dispositione non fallitur. Id quod tantò etiam rectius facimus, quod Deus non permittit impiorum flagitia quemadmodum homines, qui inde non parum affliguntur, quod illa sæpe ignorent, sapius impedire non possint, atque ita cogantur dissimulare & permittere mediocria, ut evitent majora; Deus verò peccatorum nostrorum quæ tolerat, perfectam habet cognitionem, & mille modis sine ullâ difficultate impedendi, si vellet, absolutam potestatem; non tamen impedit, quia non vult vim inferre libero mentis nostræ arbitrio, proposuit nobis, ut scriptura loquitur ignem & aquam: optionem dedit nobis paradisi & inferni, ita ut in potestate nostra sit alterutrum eligere & vel salutem beatam consequi, si beneficiis in nos collatis à divinâ bonitate, rectè uti velimus, vel incurrere damnationem æternam, si ea sponte abjiciamus, aut malitiâ nostrâ reddiderimus inutilia.

Per digressionem indicantur rationes, ob
quas Deus permittat peccata ho-
minum.

§. II.

Deus causa peccati esse non potest.

Verum dicet aliquis, ut quid Deus reli-
quit in nobis istam male ominatam pec-
candi libertatem? Si tantopere nos diligit, ut
deprædicatur, cur non adimit nobis id, quo
efficimur miserrimi? Cur non potius effusio-
ne sanguinis sui & cruciatuum tolerantia
obstuit malorum omnium fontem, quam
remedium illis affert? Brevem hic digressio-
nem instituere necessarium arbitror ut obje-
ctioni tam rudi tam imperitæ respondeam.
Præsupponendum est conformiter ad ea quæ
dicturi sumus, Deum non solum autorem &
causam peccati non esse, sed omnino esse non
posse nisi seipsum destruat, ut SS. Patres lo-
quuntur. Nimirum res nulla prorsus tam est
contraria alteri & repugnat, quam peccato
Deus; ipse siquidem infinita est sapientia &
bonitas; peccatum autem summa creatæ vo-
luntatis perversitas, summa malitia. Deus ni-
hil odit eorum quæ fecit, sacra Scriptura te-
ste: Sap. ii. quomodo igitur facere peccatum
potest, a quo tantopere abhorret, ut, sicut
Pro-

Propheta ait : *Respicere ad iniquitatem*
possi? Amos 1. Qui modus loquendi figu-
 rat aversionem maximam quam ab aliquo
 habet. Quæ verò reperiri potest paravertit
 illi quâ Deus peccatum detestatur, & quæ
 cogitari verba possunt, quibus illa iustitia
 ter exprimitur? Præterea adjungit S. Jacobus
Deus intentator malorum est: ipse autem nemo
nem tentat. cap. 1. Hoc est, non modo Deus
 non cogit nos ad peccandum, ut blasphemus
 hæretici, sed nec excitat in nobis motum al-
 lum aut impulsus ad peccatum, immo nos
 incidere permittit in ullam peccandi occa-
 sionem eo animo ut peccatum committe-
 mus. Hujusmodi enim aliena sunt a Patre
 misericordiarum, cui nihil æque curæ est ac
 salus omnium. Illius potius opus est capi-
 lis hostis nostri, qui nihil aliud quarit quam
 ruinam & perditionem nostram. Qui fieri
 potest ut ad peccatum nos incitet, qui omni
 sanguinem suum profudit pro nobis in Cru-
 centa flagellatione, in spinarum coronatione,
 in extremo Crucis supplicio, ut nos a pecca-
 to retraheret, & suorum horrore cruciatuum
 peccati nobis horrorem incuteret? Qui potest
 in nobis autor esse peccati, qui contra peccatum
 & juratum bellum gerit contra peccatum?
 Qui illud omni poenarum genere prosequi-

tur? Qui illud vetat æternorum gehennæ suppliciorum comminatione? Qui ad illud evitandum non cessat nos divinis inspirationibus prævenire, gratijs adjuvare abunde sufficientibus, sitant illum operæ nostræ conferre velimus? Quare larvam quamdam divinitatis & umbram objiciunt nobis infani homines, qui Deum autorem peccati faciunt; ore sacrilego & ferinâ voce pronuntiant, ut loquitur Doctor Canus, aut ut alij rectius diabolico & infernali Spiritu afflati tam blasphemias voces eructant. Qualis obsecro ille Deus est qui tam efferato puniendi fertur desiderio, ut ad peccatum impellat homines ne desit occasio de iisdem exquisita sumendi supplicia, & assumpto justitiæ titulo, crudelitatis notam effugiat? Qualis ille Deus, qui negat & destruit seipsum, præcipiens aliquid, ad cuius contrarium cogit: addicens inferno eos qui faciunt quod faciendum imperavit? Quis unquam Phalaris aut Buisiris tam immani crudelitate desæviiit in suos? *Insensatam esse necesse est*, scribit ad Monimum S. Fulgentius, *credere Deum voluisse punire cuius est autor*, Detestanda atque execranda opinio est, adjungit S. Prosper, persuadere sibi Deum autorem esse alicujus perversæ voluntatis illam imperando aut procurando, aut quod

quod peius est, ad eam cogendo. *Lex Domini immaculata, iudicia vera sanctificata in seipsa.* consilia ejus sancta & recta, plena bonitatis. Non est divinitatis quæ totaliter est, præcipere adulteria, sed condemnare ad ea incitare homines, sed propter commissa punire; alioquin addit idem S. Doctor, necesse est dicere de Deo quod ne dicimus eundem de diabolo; hic enim licet malus, non tamen est autor sed suggestor duntaxat & centor malæ nostræ voluntatis: sufficit occasiones nobis præbere, escam peccandi jicere; at Deus etiam nos instigare, urgere que ad peccandum. Idcirco omnis Theologia insurgit contra tam perniciosam doctrinam velut contra exitialem pestem ab inferorum sedibus eructatam: sacrosancta concilia & œcumenicæ synodi eam execrantur, diro anathemate feriunt: Sancti Patres unanimes consensu ad orcum, unde erupit, regant.

§. III.

Rationes, ob quas Deus peccata permittit.

Verum, etsi Deus nec sit nec omnino possit causa peccati: etsi nos nec cogit nec impellat, nec pertrahat ad peccandum: quidem multis modis ab eo nos avocantur

trahitque; negari tamen non potest, quod
sapientissimā suā providentiā permittat pec-
cata hominum & iustissimis de causis sinat
nos in ea perire peccati, & nonnunquam exitu
funestissimo. Has nunc rationes superest ut
breviter declaremus. Dico ergo quod cum
Deus summa suā bonitate & sapientiā crea-
vit nos ad imaginem & similitudinem suā,
reddiderit nos capaces beatæ immortalitatis
& immortalis gloriæ, quam præparavit no-
bis ante mundi constitutionem, necessarium
fuit ut nobis conferret hanc facultatem, quā
possemus pro arbitrio nostro liberè agere, in
quo cum maximè relucet dexteræ divinæ in-
dustria, & expressior naturæ ejus similitudo
animis nostris indita, tū eam nobis dona-
tam libertatem tanti æstimat, ut honoris sui
ac gloriæ jacturam facere malit quàm illi
violentiam ullam inferre: & quam vis non
desinat varijs eam modis sollicitare, blandiri
illecebris, terrere minis; nunquam tamen op-
primit, nolens eam suo jure privare, aut ullo
pacto impedire quo minus possit pro libitu
suo oblati bonis uti vel abuti; alioqui, si nō
esset in potestate nostra abjicere divinam
gratiam, ejusque refragari consilijs, sed ne-
cessitate quadam ad exercendam virtutem
impelleremur cum impotentia seu morali,
feu

seu naturali peccandi, hoc ipso jam laudabilitatem omnem atque meritum actionum nostrarum perderemus. Hæc enim non aliam laudem habent, merenturque præmium quam ex libera determinatione huius donatricis facultatis à qua procedunt. Secundo celebre illud hominis iusti encomium: *Et illi gloria aeterna: qui potuit transgredi, & non est transgressus: facere mala & non fecit.* Quis enim mercedem exigere potest? ignis qui nos calefaciat? Quam laudem meretur? quod nos illuminet? uterque juxta naturam suam agit, nec potest aliter. Nihil sane minus actionibus nostris deberetur, si virtus tam nobis esset connaturalis quam calor est igni & sua lux soli. Hoc videtur voluisse significare Sapiens ille singulari loquendi modo qui Deum alloquitur: *Cum magna reverentia disponis nos.* Sap. 12. Quasi dicat: non aude Deum. si ita loqui fas est, tractare nos pro beneplacito suo, reveretur libertatem nostram & lædere eam veretur. In quo apparet, inquit Salvianus in illum locum, dignitas humanæ conditionis; hinc est enim quod non servimus Deo velut mancipia & coactè more animalium creaturarum, sed sicut personæ liberæ voluntaria servitute quam David appellat *Sacrificium voluntarium*, S. Paulus: *ratio-*

bile obsequium ex quo bonis nostris actionibus inestimabile pretium accrescit. Præterea ad castigandam superbiam & negligentias nostras Deus permittit nos in peccatum labi ut humiliet nos & cautiore reddat in posterum in conservandâ divinâ gratiâ. Audeo dicere inquit S. Augustinus, expedire nonnunquam ut qui se de virtute sua superbè extollunt, in peccatum incidant, ut in eo submissius se gerant unde occasionem sumebant alijs se præferendi. Ad hæc inordinatio & deformitas peccatorum facit ad ordinem & conformitatem universi, ut pulchritudo virtutis magis splendescat sicut contraria juxta se posita magis elucescunt; nec minus spinæ faciunt ad ornatum mundi quam rosæ; si omnes flores rosæ essent, verni temporis non esset tanta amænitas: nonnulli sunt flores graveolentes, venenati, deformes, qui tamen ad varietatem conferunt non minus quàm odoriferi & formosissimi flosculi. Defectus bene ordinatus & suo loco positus non videtur esse defectus: nonnunquam ascita faciei macula ornamento est, & nativam auget pulchritudinem elegantiamque. Denique non impedit Deus peccata hominum ut ostendat potentiam suam & sapientiam infinitam, quæ ex eorum malitiâ, gloriæ suæ colligit

incrementum. Nunquam permitteret malum, nisi sciret plus inde boni existeret, sit ipsa mali, quod permittit, carentia. Idcirco ut S. Augustinus docet Enchiridion c. 11. Melius se iudicavit de malis benefacere; quam nullam esse permittere; neque enim Deus summè bonus sit, ullo modo sineret malum liquid esse in operibus suis, nisi usque esset omnipotens & bonus ut benefaceret iam de malo. Sic ex malorum omnium maximo, crucifixione scilicet Filij sui prope-
nuit salutem totius generis humani bonorum omnium præstantissimum bonum, ac ut Ecclesia gratulari sibi videatur de peccato illo quod tantæ fuit causâ felicitatis. ô cernere necessarium Adæ peccatum quod Christi morte deletum est! ô felix culpa quæ talis actantum meruit habere Redemptorem. Quæ verba à Sacerdote canuntur in benedictione cerei paschalis. Odium filiorum Jacob in fratrem suum Joseph plus huic contulit, quàm illi omni amore fraterno conferre potuissent. Ex lacu leonum gloriosius multò Daniel exiit, quàm quotquot favos regum ac populorum illustres extitere mundi deliciae. Malitia Saulis Davidem ad regem provexit, Tyrannorum crudelitas coronavit martyres cœlo transmisit. Egregiæ multa

rum virtutes fuissent incognitæ, nisi Deus scelera etiam enormia permisisset. Theologi adiungunt plures alias in hanc rem utilissimas rationes, quas cogor omittere, ne longior sim in hac digressionem quam verbis magni Augustini concludo. Non est dubitandum, inquit, quin bene faciat Deus, etiam cum non impedit malè nos facere, certum quippe est id ab eo non fieri, nisi summâ bonitate & sapientiâ. *Less. de perf. divin. lib. II. cap. 6. Valens l. p. 19. d. 1. p. 3.*

§. IV.

Diducuntur aliqua qua faciunt ad conservandam animi pacem.

EX his considerationibus velut ex vivis fontibus perennes in nos derivantur rivuli veræ pacis liquidæque consolationis etiam in ipsis perturbationibus & calamitatibus. Hinc spem firmam concipimus fore, ut ordinante Deo, quandoquidem permittit tot tantisque nos malis cumulari, & peccata passim gravissima committi, bona nobis maxima & optatissima eveniant, adeò ut cum videmus multiplicium criminum horrorem & abominationem velut tumentes fluctus effusione facta operire provincias & urbes nullo discrimine locorum aut personarum, inde

inde etiam sumere debeamus materiam
solandi nos, memores nihilominus de
nostri quod Zelus divini honoris & animi
ruin salutis à nobis exigit. Ceterum iniuria
contra Deum commissæ magis in illis
quàm in nos redundant. Quod si forte nos
impedienda improborum hominum peccata
obtulerimus preces nostras, voluntarias quoque
que carnis afflictiones, vitæ piæ exempla, et
monitiones, exhortationes, increpationes
nec tamen illi vitam suam emendarint, quomodo
frustra cruciamur? An non manifestum est
quod Deus arcano quodam consilio etiam
modi impietatem tamdiu tolerare; cum
nunc ipse summo virtutis amore desideret
que teneatur & capitali odio vitia detestetur
nunquam pateretur sic triumphare de virtutibus
vitium, nisi proposuisset ex tantis malis bonum
maxima suo tempore procreare. Quare
quæ huiusmodi accidunt, sine anxietate me-
tis & perturbatione simus: vivamus in tran-
quillitate animi & spe fore, ut propediem re-
torum malorum tempestas resideat: & mul-
titudinem nostrarum caligine splendet
gloriæ & felicitatis, eruntque peccata de-
instar diplomatici postliminii ad illustran-
dam tanto magis gratiam nobis collata.
Permittamus rerum cursum patetque Deo
pacem

Providentiæ ac charitati; sapientissimè gubernavit ille hactenus, nec queri quisquam jure potest; si distulit nonnunquam, fecit id ad majorem beneficiorum suorum commendationem. Nam sæpe cùm omnia aliunde desperata videbantur, eo ipse tempore potentius succurrit. Hujusmodi agendi modum Deus observat: complacet sibi in obruendo miseriam nostram misericordiâ suâ: vult nos impotentiam nostram experiri, ut ejus potentiam tantò sincerius agnoscamus: pati inopiam, ut ejus divitias pluris faciamus. Et quamvis quo ad multiplicem diversumque quilibet producendi modum nemo sit illi similis; placet tamen illi rosas è spinis potius quam sine illis educere.

§. V.

Exemplum Maximiliani I. Imperatoris.

Maximilianus primus hujus nominis Imperator quotidiano sermone fertur usurpare solitus hæc verba: *Dominus providebit.* Hoc ejus erat symbolum, hæc cogitatio, hoc levamen, hic familiaris sermo in quibuscunque rerum occurribus: hinc accipiebat solatium in afflictionibus, securitatem in periculis, gaudium in malorum tolerantia, pacem animi firmam & invictam retinebat

M

in

in maximis rerum perturbationibus. Fa-
mus quod in nobis est, inquit pius
Princeps, Dei providentia suis partibus
decerit: ejus permisso hæc in nos flagella
fæviunt, ejusdem beneficio auferentur: vi-
tiorum pestis quam exhalavit inferus
serpit quidem ad tempus, sed non poterit
grassari; sanctissima Dei providentia
tantopere abhorret à peccatis hominum,
quam permisit illis eursum suum nisi nos
media non solum sistendi illum & præce-
dendi, sed majorem etiam gloriam inde
comparandi quam acceperat injuriam: non
verò bona longè excellentiora quam
fuerunt illata. Tam præcellis animati cogi-
tationibus quid est quod timendum putamus
Etenim si peccata ipsa malorum omnia
quæcunque animo fingi possunt, maxime
turbare non valent quietem nostram, quæ
alijs sinistris casibus, quantumcunque
fieri ac formidabiles appareant, peritescant.
Cum vitia & flagitia passim in hominum
cietate dominantur, consolamur nos, quod
liquo modo ad Deum referri possunt, qui
nus ab ipso permittuntur in optimum finem
qui ergo deesse nobis potest consolatio
hjs malorum eventibus, quali acunque
illa fiat, quæ sanè multò aliter quam peccata

possumus Deo adscribere? Ista enim non permittit modo verum etiam deliberato consilio procurat, excitat, immitte: nec solum inimicis suis in poenam, sed & amicis suis fidelissimisque famulis ad materiam virtutis & perfectionem sanctitatis, adeo ut videatur tanquam singulari beneficio obstringere sibi præ alijs dilectos quibus durissima quæque & acerbissima toleranda immittit. Hoc modo se gessit erga filium suum unigenitum omnesque eximios sanctos & amicos suos.

§. VI.

Autoritates & exempla.

Materiam hanc paulo post deducam latius; hic jam nihil aliud intendo quam declarare istud generale principium: quod quæcunque nobis eveniunt, in Deum referre possimus. Res quippe creatæ omnes in manu Dei sunt: & quidquid sunt, possunt, earumque functiones, motus & effectus omnes ita ab ejus concursu & adjutorio, quod distribuit singulis, dependent, nihil ut in cælo terraque fiat quod ipse non faciat & producat, permittat aut procuret. *Quis est iste qui dixit, ut fieret Domino non jubente? Ex ore Altissimi non egredientur nec mala nec bona? Thren. 3. Et Ecclesiasticus disertè asserit: Bona & mala, vita*

& mors, paupertas & honestas à Deo sunt. Patriarcha Jacob timens iram fratris sui obtulit illi munera, benedictionem appellatam, ait, *donavit mihi Deus tribuens* Gen. 33. David loquens de Ioseph à fratribus suis venundato mercatoribus Ismael in servum, ait: *Et misit*, nempe Deus, ante *virum*, psal. 104. Ioseph ipse impietatem fratrum suorum erga se exercitant excusans *salute vestra*, inquit, *misit me Deus* in *Ægyptum* Et iterum. *non vestro consilio* Dei voluntate huc missus sum Immo illi providentiam Dei paternam erga se agnoverunt. Nam cum coemptum in Ægypto mentum reportarent in patriam, in itinere aperto unus sacco ut daret jumento pabulum diversorio, contemplatus pecuniam in ore sacculi, dixit fratribus suis: *Reddita est mihi pecunia, et habetur in sacco*. Et obstupescunt turbatique mutuo dixerunt: *Quidnam est hoc quod fecit nobis Deus?* Non fraudi non enim nec ipsi pro regi Ægypti, cuius tamen erat saccis pecunia imposita, sed soli Deo attribuere: nec immerito; Deus enim habens liberalem voluntatem Iosepho inspirat, huius imperio sic ordinaverat per dispensatorem ejus, immò verò per semetipsum proximè siquidem nihil omnino in tota re

universitate efficitur ad cuius molitionem non concurrat ipse velut princeps causa, & se intime applicet unà cum causis creatis tantumdem, imò efficacius influens. Concludo hæc illustria testimonia eximio sensu quem habuit de divina providentiâ sanctissimus Indorum Apostolus Franciscus Xaverius, quæque scribēs ad S. Ignatium Generalem suum rationemque reddens status animæ suæ, his illi verbis declaravit: Equidem cum Dei nutu atque imperio omnia gubernari certò sciam, nihil omnino metuo præter ipsum Deum; cum res creatæ quantumvis noxiæ, non nisi quatenus ille sinit, nocere hominibus queant. Famelici Leones non audebunt sine illius permissu attingere sibi oblatam prædam: venti etiam validissimi sine flatu motuque consisterent, nisi ipse impelleret. Providentiâ ejus usque ad peccata conatusque daemonum atque impiorum hominum se extendit; ipse multò ante præscivit omnia, permittit, patitur, gloriam inde suam colligit cohibet eorum cursum, eum placuerit, & ut verè dicam, nihil nobis nocere possunt nolentibus. Quid igitur præter Deum formidamus? Hujusmodi suscipiebat cogitationes vir ille Apostolicus admirabili invictaque in Deum fiducia plenus. Dic nunc, si quis es

modicæ fidei, posse tam præclare stabilire
pacem aut convelli aut everti.

Qui confidunt in Deo, Deum præsentem
bique agnoscunt.

Secundus fons vera pacis.

§. VIII.

Quinam sint recti, quinam distorti corde.

S. Augustinus in psal. 31. declarans quæ
sint illi quos psalter regius sæpe appellat
rectos corde, & opponens his quos cum eo
S. Doctore ob rationem contrariam verè
minare possumus distortos corde, ait, quod
primi illi sint, qui considerant Deum in om-
nibus & per omnia præsentem, vitam docen-
tem & animam motusque omnibus rebus
creatis, quas immensitate essentiae suæ impen-
etrabilitate suâ intimè pervadit: providentia
suâ æternâ disponit, operatur in omnibus
cum omnibus omnipotentia indefessa & in-
cunctitate inexhaustâ. Hinc illi attribuantur
ventus omnes, occursus, mutationes, &
cursus rerum suarum; sive illos permittat, sive
procuret, sive ipse exequatur se solo sine
operatione causarum secundarum. Omnia
tanquam de manu in manum sibi tradita
cipiunt à Deo, nec dicunt eum impijs

chæis: Dominus dedit: diabolus abstulit; sed
confitentur cum Jobo: *Dominus dedit, Domi-
nus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum
est: Sit nomen Domini benedictum*: O egre-
giam insignemque cordis rectitudinem, quæ
nesciat ullam in partem inflecti quacunque
vis nullis labefactari cursibus quantumcun-
que formidolosis, qui in humanam vitam
possunt incumbere.

Alij è contrâ sunt, inquit S. Augustinus, qui
omnia tribuunt fortunæ dicentes: aut non est
Deus, aut injustus est Deus, aut non curat res
humanas. Pro pudor! viles terræ vermiculi
audent sacrilegis incescere vocibus divinam
majestatem, quam adorant Angeli atque Ar-
changeli, tremunt Potestates atque Domina-
tiones. Et quidem eò impietatis progrediun-
tur, ut non vereantur ejus accusare providen-
tiam, negare justitiam, imò si possent, vellent
eum è medio tollere. O sacrilega capita! mō-
stra hominum veriùs quàm homines, quò
vos abripit temeritas atque libido vestra, ut
tam abominandas cogitationes vel admit-
tere in animum audeatis? Eum existere nega-
tis, cujus beneficio existunt quæcunque ob-
jiciuntur oculis? Eum mundo detrahitis, qui
tribus digitis appendit molem terræ, cujus
opera digitorum sunt cæli & elementa? Ma-
nife-

nifestum est ignorare huiusmodi morales
quid sit pax animi; gerunt enim in sinu
ignem qui quiescere illos non sinit; perpe-
tua aguntur intemperie, præ qua non sunt
pud se. Quid mirum? *Non est pax impiis dicit*
Dominus per Prophetam Ezech. 2. Et quia
Deus Dominus scientiarum locutus est, sicut
lingua nostra.

§. IX.

Pax admirabilis eorum, qui confidunt in Deo
fundata in præsentia Dei.

AT verò illi qui confidunt in Deo & in
rebus omnibus divinæ providentiæ ag-
noscunt impressa vestigia, *Sedenti in abun-*
dantia pacis & requie opulenta perfruntur
quam nulla cœli terræve possit interturbare
tempestas. Quia hæc dicit Dominus: *Eccce ego*
declinabo super eos quasi fluvium pacis & quasi
torrentem inundantem. Isai. 66. Et repleti
huiusmodi altam obtinent pacem foris &
intus, quocunque se conferant, pacem habent
viæ comitem; nec ullum est genus pacis
quod non possideant: pacem habent cum Deo
pacem cum hominibus: pacem secum ipsi
pacem retinent tam in adversis, quam in
prosperis: in damnis & lucris, in honore &
ignominia: pacem habent in agro, pacem do-

misuæ; pacem in corpore, in anima, in ipsis
 ossum medullis, adeo ut si velut in torculari
 premerentur, inquit S. Catharina Genuē-
 sis, nihil nisi pacem profunderent: in pace vi-
 gilant: in pace dormiunt: patiuntur in pace,
 loquuntur & agunt, seminant & metunt: cō-
 surgunt lecto & decumbunt in pace. Nun-
 quam facies eorum vel levissimā tristitiæ aut
 perturbationis nubeculā obducitur, quia ni-
 hil est, unde illa possit oriri. Proinde quilibet
 eorum cum liquidissimo voluptatis internæ
 sensu audet cum vate regio dicere: *In pace in-
 idipsum dormiam & requiescam, quoniam tu
 Domine singulariter in spe, constituisti me* ps.
 4. Item illud: *Si ambula vero in medio umbra
 mortis* (id est, verfer in summo vitæ periculo)
non timebo mala, quoniam tu mecum es psal.
 22, Hebraica versio, loco umbræ mortis, ha-
 bet vocem significantem loca plena horroris
 tenebrarum, ferarum ac præcipitiorum, veræ
 imaginis barathri infernalis: immò addit S.
 Bernardus; ipsius inferni. In his tamen malis
 omnibus qui confidunt in Deo, mali nihil in-
 veniunt, quod formidandum existiment; ha-
 bent enim secum bonorum omnium auto-
 rem, & pace perfruuntur quam perdere ne-
 queant nisi & Deum perdant; hujc autem sic
 adherent penitus uniti, ut nullis rerum crea-
 tarum

tarum conatibus, nullis artibus ab eo separari se patiantur. Minimè equidem existimandum est, inquit S. Augustinus loquens de personis Deo intimè conjunctis; permoveri posse hujusmodi vel conminatione mortis, quam aliam nullam timent præter sui separationem à Deo: vel promissione vitæ, quam norunt à solo Deo dari posse, imò sicut anima carnis, sic Deus vita est animæ ipsorum. Quare & pacem & vitam animæ suæ in Deo habent stabilitam; nec hanc, nec illam possunt amittere nisi amisso Deo. Huc facit quod videtur quidam sanctus interrogatus à quodam Doctore, qua ratione consecutus esset animæ pacem, præclare respondit his verbis. In nulla re quæ Deo minor fuerit, quiescere potui, jam verò Deum meum inveni, & in eo pacem & quietem habeo. Denique S. Augustinus explicans alium versum psalmi 31. qui hortatur, ut lætentur *in Domino & exultent justi & glorientur omnes recti corde*, hic scribit, Impij gloriantur in fortuna, prosperitate, alij in divitiarum abundantia, alij in multitudine famulorum, alij in conviviorum immodicis sumptibus. Tu verò amice mi qui speras in Domino Deo tuo, lætaberis & exultabis in abundantia pacis; argentum tuum pax, aurum tuum pax, vita tua pax, Deus tuus pax, quia

quia Deus tuus totum tibi erit, possidebit te
totum integrum totus integer, &c.

EXEMPLA

§. X.

Exemplum Davidis & Iosephi.

Nolite timere, dicit in veteri testamento,
Deus ad Abramam: *ego protector tuus sum*
Gen. 15. Et ad Iosue: *Ne timeas*, Jos. 10. Idem
in novo repetit Salvator noster Christus ad
Apostolos suos dicens: *Habete fiduciam, ego*
sum, nolite timere Matth. 14. Et de se Prophe-
ta testatur insigni, si quis alius, in Deum fidu-
cia præditus, etiam in maximis periculis &
varijs circumdatus insidijs: *Providebam Do-*
minum in conspectu meo semper, quoniam à
dextris est mihi, ne commovear, propter hoc la-
tatum est cor meum & exultavit lingua mea.
psal. 15. Unde non erat ei difficile vivere in
pace medios inter tumultus & seditiones. In
Gen. dicitur de Ioseph: *sedit in forti arcu e-*
ius. hoc est in Deo, vox enim, arcus, in Hebreo
significat fiduciam, fortitudinem; spem, po-
tentiam; & pro forti, versio hebraica habet El
quo utrumque simul significatur, nimirum
Deus & fortis. Et verò si sane loqui velimus,
nemo fortis est, nisi solus Deus, quàm enim

M 6

omnes

omnes creatæ vires ad virtutem comparatæ
divinam sunt imbecilles & infirmæ: Hoc in-
que dedit testimonium Spiritus sanctus sa-
cto isti Patriarchæ, quod omnem spem
que fiduciam in Deo collocaverit. quia nū-
rum proposuerat Deum ante conspectum
suum, quemadmodum David. *Sedit in forti-
tudo eius.* Ideoque tam firmo pax ejus in-
ra fundamento, nullis potuit labefactari
injuris. A fratribus suis conjectus fuit in ci-
sternam veterem ut fame periret; si confusus
fuisset in creaturis, perisset; sed quia in solo
Deo omnium conditore, quem sibi statuebat
ubique præsentem, habebat fiduciam, delcē-
dit in foveam, velut in locum quietis, sine
trepidatione, sine mutatione vultus. Paulo
post à fratribus suis venditus est Ismaelitis in
mancipium: duci se passus est in servitutem
sicut agnus ad victimam. In Ægypto ab he-
ræ suâ falso accusatus est, traditusque in car-
cerem, hic annos aliquot egit quasi in pater-
na domo semper sibi similis, nunquam que-
rulus, nunquam verbo ullo hominum mali-
tiam perfidiamque accusans; quoniam à de-
xtris erat ei Dominus ne commoveretur, de-
sertus ab hominibus præsentem habebat
Deum & præseus ejus experiebatur auxi-
lium.

§. XI.

*Dei praesentia difficulter cogitatur in
adversis.*

Verum pro dolor fatendum est paucos ad-
modum reperiri in mundo Davidi, pau-
cos Iosepho similes, qui cum illis possint ve-
re dicere: *Dominus mihi adiutor, non timebo
quid faciat mihi homo: Dominus mihi adiutor,
& ego despiciam inimicos meos.* Psal. 117. Quam
difficile est in adversitarum iactationibus tra-
quillam animi pacem retinere & agnoscere
divinae argumenta praesentiae in afflictionum
aestu: tunc quippe videtur abesse a nobis lon-
gius. Diversis in Evangelio locis refertur
quod cum Apostoli iussu Christi Domini
conscendissent navim sub vesperum, & labo-
rarent in remigando propter contrarium
ventum, secutus eos JESUS. *Circa quartam
vigiliam noctis venit ad eos ambulans super
mare: at illi ut viderunt eum ambulantem su-
per mare, putaverunt phantasma esse & con-
turbati omnes praetimore clamaverunt,* donec
allocutus est eos, & ut certiores redderet de
praesentia sua iussit Petrum id rogantem ve-
nire ad se super aquas; quis enim alius verbo
solo fluidas maris undas ita potuisset solida-
re sub pedibus ejus, ut super illas velut in

M 7

arcâ

areâ deambulet. Illud verò peritrum
detur quod nemo ex duodecim his Christi
Domini discipulis ejusque familiarissimis
individuis itinerum comitibus, actionum
miraculorum, quæ quotidie faciebat, oculis
testibus, nemo inquam unus magister
suum isto in loco agnoverit præsentem: ne-
mo fuerit qui non timore percussus eum ad-
jurasset, sicut solemus adjurare spiritus appe-
rentes; nisi ipse & voce imperasset illis fide-
ciam, & miraculo, quod in S. Petro patrum
præsentiam suam confirmasset. Unde mirum
mirum videri debet, si nos vix unquam Dei
præsentem cogitamus, cum variis gravissi-
misque calamitatibus velut marinis flucti-
bus obruimur, quandoquidem in eo & ipsi
Apostoli defecerunt. Et tamen nihil est cer-
tius quam tum maximè præsentem esse: adeo
enim ipse omnibus in tribulatione constan-
tis & qui plurima patiuntur, adeo ut malorum
quadam tempestate absorpti videantur, his
in primis proximus est, & intime conjunctus.
Hinc est quod viris sanctis, ut in quadam ep-
istola scribit S. Franciscus Xaverius, nihil vi-
deatur difficilius quam nihil pati, & gravis
ipsis sit crux sine cruce esse, quia sibi persua-
sum habent, destitui tolerantia adversitatum,
esse Dei præsentia privari. Unde S. Gertru-

dis innocentissima Virgo tantopere diligebat, ut in ejus vitâ refertur, malorum perpersionem, ut longo patientiæ exercitio inclinationem naturalem quâ quisque in suas fertur commoditates, extinctam in contrarium transfunderet adeo, ut insatiabiliter teneretur patiendi desiderio; omnes ejus cogitationes ferebantur ad patiendum, quotidianæ preces, divinæ actiones in patiando consistebant: nullum erat illi tempus molestius, nullum intolerabilius quàm quod sine afflictionibus transigebat. Duabus & viginti septimanis ante mortem continuis & acutissimis doloribus adeo cruciata fuit ut linguæ usum amitteret: quo tempore cuidam personæ sanctæ revelatum fuit à Christo Domino, quod sic illam affligeret, quia deliciæ suæ essent esse cum ipsa in doloribus: sustulisse verò ipsi loquelam cum rerum omnium gustu ac sensu, ut omnes ejus facultates & actiones in se solum converteret. Quis unquam casus tam firmam, tam bene stabilitam pacem potuisset evertere?

*Qu*

Qui confidunt in Deo, Sanctissimæ
voluntati se in omnibus
conformant.

Tertius fons vera pax.

§. XII.

Pax Confidentium in Deo est prorsus
inviolabilis.

Qui confidunt in Domino, validiore
firmamento & securiore circumvallati
sunt præsidio quàm mons Sion; hic enim
quamvis montes in circuitu ejus, dissolvantur
aliquando & eradetur è terra ut ceteri; *isti*
verò qui fiduciam suam divino in Numine
defixam habent, non commovebuntur in æ-
ternum. Hi sunt qui perfruuntur impertur-
babili animi pace, quam Seneca sæpe appel-
lat altam securitatem, quæ securitas non re-
lucet duntaxat in fronte aut emicat in labiis,
sed in corde ipso sedem fixit innixam Deo
qui istuc residet. In his verè completur quod
precatus olim est David Nabali cum ad eum
suo nomine salutandum mitteret nuntios his
verbis: *Sit fratribus meis & tibi pax & domui*
tua pax & omnibus, quacunque habes, sit pax.
1. Reg. 25. Audent hujusmodi provocare in
se

secæristempestates, pruinas, imbres, nives, grandinem, & ventorum furias: omnibus creaturarum injuriis superiores sunt, quia secuto fiduciæ in Deum proteguntur: nec vicissitudines timent temporum, nec rerum commutationes, licet sibi periculosas, licet nec obliviscantur prudentiæ nec industriæ qua pollent, à Deo donatæ ut se malis imminutibus eripiant, si possint; nihilo tamen minus conturbantur, quia omnes rerum eventus divinæ providentiæ securi committunt, ut disponat ac ordinet pro beneplacito suo, imò eligerent potius cuncta perdere, quam voluntatem suam non conformare divinæ etiam in re minimâ. S. Gertrudis quædam vice prolapsa fuerat in foveam, sed illæsa continuò erexit se in pedes singulari cum gaudio propterea quod diceret, æstimassem me felicem si hic me casus sponso meo junxisset; cumque non nemo ex adstantibus quæreret: nonne doluisses si absque Sacramentorum Ecclesiæ perceptione decessisses; immò verò, respondit illa, summè doluissem si vel in minimo voluntatem meam divinæ non conformassem. Et certè quid juvat vel præteritorum amara recordatio, vel sollicita futurorum formido? nam quidquid demum facias, nolens volens id velle debes, quod Deus

Deus voluerit Quis poterit ejus resistere voluntati ? Quis statutum ab ejus providentia ordinem inmutare ? Res insensatae & pessimae quaevis obediunt imperio ejus : ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum faciunt verbum ejus. Angeli boni & mali sunt ministri mandatorum ejus & executores justitiae, faciunt nihil, nisi quod ipse voluerit. morbi & mortalitates, bella, fames, inundationes aquarum & incendia, fulmina & tempestates ei ad nutum parent; *vocata dicuntur ad sumus*, & dimittit ea quocunque libuerit, nec aberrat unquam ab eo quod statuit ferire, & sicut ictus ejus sunt indeclinabiles, ita quoque protectio ejus est inexpugnabilis omnibus creatis viribus. Unde S. Jacobus eremicola daemone, à quo vexabatur, intrepidus dicebat : percutite maligne spiritus, percutite quantum potes, si tibi Deus permisit; nam si non permisit, non te timeo, disrumparis licet praerabie, tuas minas flocci facio.



Præclarè dicta ab Epicteto de hac materia.

A Deo hoc verum est ut quicumque fiduciam suam in Deo figunt, huius Anachoretæ Sancti exemplo, iis nihil unquam possit accidere, quod vel timorem illis incutiat, vel molestiam afferat, quippe qui vident sapientissimâ divinæ providentiæ dispositione cuncta geri. Quid ergo metuant? quid melius quærunt quàm quod illis à Deo tribuitur? Ignavissimè homo, dicebat Epictetus; aliud expetis, quàm id quod melius est? An verò aliud quippiam melius est quàm quod visum Deo fuerit? Et vide ut alibi de seipso loquatur: Appetitum meum præbui obediētem Deo: vult ille me febricitare, volo & ipse; vult me aliquare potui, volo & ipse; nō vult? nolo; mori me vult? volo & ipse, &c. l. 2. c. 7. & l. 4. c. 1. differt Arria. Item l. 3. c. 5. hæc habet, Mihi quidem optabile est à morte me invadi, nulla alia re, nisi voluntate meâ curanda occupatum ut perturbatione vacuus & liber dicere possim Deo; Numquid præcepta tua violavi? Numquid ad alia sum abusus facultatibus quas mihi dedisti? num te unquam inculpavi? num gubernationem tuam reprehendi? Ægrotavi quia voluisti. Ægrotarunt &

& ceteri, sed & ego volens. Pauper fui te-
lente, sed lætus. Non imperavi, quia tu vo-
luisti. Nunquam appetivi imperium. Nun-
quid me unquam hac de causa tristiores re-
disti? Nunquid unquam vultu minus hilari
accessi? paratus si quid mandes, si quid impe-
res, &c (vide Drexel. Heliotrop, l. 3. c. 12. §. 2.)
Sic loquitur philosophus gentilis sed proflus
Christianè; qui consurget aliquando in iudi-
cio condemnaturus eos Christianos, qui di-
vinæ gratiæ & cœlestis doctrinæ luce clari-
simâ illustrati eò perfectionis non perven-
runt quò ipse modico naturæ lumine; exigu-
quam rectæ rationis beneficio erat affectus,
cognitio divinæ sapientiæ, bonitatis, poten-
tiæ, providentiæ aliarumque Dei perfectio-
num, tantam in eo progeneravit fiduciam de
divina protectione, ut nihil timeret, nihil de-
sideraret ex omnibus, quæ nobis mundus
proponit ante oculos, sed demississimè se
subjiciens justissimæ sui conditoris disposi-
tioni ejusque sanctissimæ voluntati velut fir-
missimæ columnæ innitens generosa mag-
nanimitate evocabar quasi ad duellum quid-
quid creatum est ad turbendam pacem aut
molestiam inferendam modis omnibus & ar-
tibus quibus Astutia ipsa uti posset. De hu-
jusmodi verè dici potest illud Prophetæ: Al-
tissimum

tissimum posuisti refugium tuum. psal. 90.
 Quam beatus quisquis sedem sibi fixit in di-
 vina providentia, velut in asylo securitatis, &
 excelsa arce super res creatas omnes per vo-
 luntatis suæ cum divinâ perfectam confor-
 mationem! Quis enim in cælo terræ muni-
 tior quietis locus? Quæ arx magis inexpugna-
 bilis, quam supremi Numinis providentia?
 Huic tam fido præsidio, tam firmo munimini
 quisquis fedit, quid pertimescat? Quam ingens
 sincerissimæ consolationis argumentum est
 posse dicere: Patior quod Deus vult me pati:
 facio quod Deus vult me facere: sum is & fa-
 ctus sum is quem Deus vult me esse, & nihil
 aliud, nihil majus, nihil melius esse aut habe-
 re concupisco.

§. XIV.

Voluntatis divina vis invicta.

TAm necessarium est ut verbum Dei im-
 pleatur & voluntas ejus fiat, ut facilius
 sit petire totum genus humanum & Angeli-
 cum & cælorum machinas resolvi in nihilum
 invitis creaturis omnibus, quam immutari
 Dei voluntatem. Propterea ait ipse per Pro-
 phetam: *consilium meum stabit & omnis vo-*
luntas mea fiet Evomat licet infernus omnes
 furias, & vires suas exferat, fractus illabatur
 orbis

orbis, & in antiquū chaos recidunt universi
 necesse est ut voci Dei obediatur, ordo ab
 statutus observetur, provida ejus agnoscatur
 & adoretur potentia à cunctis creatis potestati-
 bus, quæ quantum illis donatum est à Deo
 tantum habent virium & facultatis, nec quod
 quam amplius; nec valent se aliquò transire
 re, nisi quò ipse deduxerit aut transire permi-
 serit. Magna foret hominis stultitia qui al-
 gato ad rupem fune conatur ad eam adducere
 re navigium, credere rupem ad se attrahere
 moto navigio. At multò stultius conaretur
 quis voluntatem Dei adungere suæ & Dei
 consilia pertrahere in sua sibi que accommo-
 dare. Nihil facit Deus nisi quod vult, nec nos
 facimus, nisi quod vult, & si nos non faceremus
 facere quod volumus, nihil faceremus nisi
 quod ipse vellet Rationes suas ubique Deus
 invenit & omnes viæ & media quæcumque
 ipsi serviunt ad obtinendum finem à se immen-
 tum: meritis ubi non seminavit: de malis maxi-
 mis colligit bona maxima, & de nihilores o-
 mnes producit.

§. XV.

Dicta in hanc rem notatu digna

Quid ergo cogitant desperati quidam
 homines, qui contra torrentem divini
 voluntatis

voluntatis nituntur, perinde ac si possent ejus
cursum sistere, aut in contrarium deflectere.
Nunquid potius consentaneum rationi est
perfectam habere in Dei providentiâ fidu-
ciam, ejusque suavissimum ductum prono a-
nimo sponte sequi? quandoquidem eò tandē
necessitate ipsâ impellente volentes nolen-
tesque, quidquid acciderit, devenimus, quò
ducimur, & cum subtrahere nos putamus, ei
subdimur. Quia res non fiunt, sicut desidera-
mus, inquit S. Basilius, desideremus illas sicut
fiunt. Homo interior & spiritualis, (adjungit
Thomas à Kempis) considerat cursum & fi-
nem uniuscujusque rei & acquiescit omnibus
cum perfecta resignatione voluntatis suæ in
divinam. Noli petere, ait Epictetus, ut, quod
fit, fiat secundum tuam voluntatem & incli-
nationem; sed si sapias, approba quod Deus
vult & non desideres unquam ut res aliter e-
veniant, atque eveniunt. Paulò post ostendens
se observare consilium aliis datum: in omni
eventu inquit, hoc semper malo quod acci-
dit, quàm quod non accidit; quoniam melius
estimo hoc quod Deus vult quàm quod ego
met ipse volo. Quisquis virtute præditus est,
cognoscit: si Deo me jungam, securus ero.
Quid ais, si Deo me jungam? Hoc est, si velim,
quod Deus vult: si nolim, quod Deus non
vult.

vult. At hoc quid fieri potest? Haud aliter
divinos sequendo instinctus & ejus appro-
bando regiminis formam. Et alibi iterum
Aude convertere te ad Deum, illique dicen-
tere me Deus Opt. Maxime, utere me in
omni re pro ut tibi placuerit. Nihil improbo,
nihil refugio eorum quæ tu approbaveris.
Statue me, ubi volueris, tribue mihi quod
convenire judicaveris. Vis ut in officio con-
stitutus Reip. serviam? vis ut privatus vivam?
vis ut subsistam hic, aut migrem aliò? vis ut
paupertate premar, aut divitiis affluam?
Quidquid tibi visum fuerit, æqui bonique
faciam: tuebor causam tuam in hoc contra
adversarios tuos.

Mi Pater in visceribus Christi unice, scri-
bebat ad S. Ignatium vir Apostolicus S. Fran-
ciscus Xaverius. Te ego Pater animæ meæ,
positis humi genibus suppliciter oro, ut mihi
à Deo impetres, ut dum vivam, sanctissimæ
voluntatis suæ mihi det & plane cognosce-
dæ & omnino exequendæ facultatem. P. Pe-
trus Ribadeneira refert de B. Francisco Bor-
gia olim duce Gandiæ, deinde tertio Genera-
li Societatis nostræ, quod cum quadam die
pro sanitate conjugis suæ periculose labo-
rantis ardentes preces funderet, vocem quan-
dam internam clarè audire sibi visus sit quæ
diceret

diceret: uxorem si diutius superesse vis, arbitratu tuo fiat: at tibi non expedit. Continuo Deivocem agnoscens, subiecit: Domine Deus, unde hoc mihi, ut arbitratui committas meo, quod in tua solius est potestate? Mea permagni refert, tuam sequi in omnibus voluntatem. Quis enim te novit rectius, quid de remea sit? tua itaque voluntas fiat: nec de uxore solum, sed de liberis etiam, statuas simplex oro. l. i. vitæ. c. 12. Eo ipso tempore coepit morbus invalescere, nec diu post conjux Leonora vivere desiit. Blosius in monili spirituali tribit de S. Gertrude apparuisse huic Christum Dominum præferentem altera manu sanitatem, altera morbum, eligendique alterutram dedisse potestatem. Cui illa demissè respondit: Divine Salyator & sponse animæ meæ, noli obsecro, noli petere quid velim; nosti enim non aliam me habere voluntatem quam tuam. Et aliquot diebus post inusitata consolatione ter recitavit trecenties sexages hanc precationem: *O mi dulcissima IESU tua voluntas fiat, & non mea.*

Amici S. Pauli vehementer desiderabant impedire iter ejus Hierosolymam versus, multisque rationibus, precibus, lacrymis, amplexibus aliisque modis quos ardentissimus in divinum Doctorem suum amor suggerebat,

N

bat,

bat, conabantur detinere illum nec desistebant dissuadere susceptum iter, donec didicerunt Dei voluntatem esse, ut iret Hierosolimam, tum verò non tantum non remota sunt eum amplius, sed importunas preces in faustam apprecationem commutantes, et omnes voce acclamarunt: *Domini volunt fiat*, Act. 21. Annales Francici referunt rem memoratu dignam ad præsens institutum quæ contigit anno 1095. in concilio Clermontano, cui cum præsideret Urbanus Pontifex Maximus, summis precibus obsecratus est Christianos principes, ut adversus infideles sacrum bellum susciperent ad recuperandam terram sanctam. Hac super re cum Pontifex oratione disertissimâ ad circumstantiam concionem perorasset, loco applausu qui fieri consuevit in huiusmodi concionibus auditores qui præsentibus aderant, una omni voce conclamarunt: *Deus vult, Deus vult*. Eja proficiscamur alacres, nihil est timendum quia Deus nos vocat, jubet, imperat. *ò Deus dicta!* cujus cor hæc verba non perfundit suavissimæ pacis & dulcedinis intimæ abundantissimâ copiâ? Qui perturbationum acriter possunt inflammare huiusmodi animos. Quis non multo citius à tam abundante pacis sopiatur quam scintilla injecta oceano.

Concludo hoc argumentum illustri elo-
gio quod Deus ipse dedit prophetæ regio sin-
gularem ejus extollens excellentiam: *Inveni,*
inquit, David servum meum, virum secundū
cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.
Act. 13. Dicit invenisse se, quasi hujusmodi
quempiam sollicitè quæsisset jam inde ab ini-
tio nascentis mundi per omnium ætatum re-
rumque ordines per diversos status condi-
tionesque hominum; nec prius reperiisset si-
milem Davidi, qui in omnibus esset divinæ
voluntatis amator. Tam rarus est in terrâ qui
voluntatem suam divinæ perfectè confor-
met, & quæ inde consequitur, pace affluat in-
terna animi, quam nullæ cœlorum, nullæ ter-
rarum possint commotiones turbare. Hi sunt
illi præclari in Deum fiduciæ effectus.

Qui Confidunt in Deo, omnes afflictiones
suas velut de manu Dei
suscipiunt.

Quartus fons vera pacis.

§. XVI.

*Quomodo oporteat afflictiones de manu Dei
suscipere.*

Non satis est quod concepta in Deum fi-
ducia stabiliat pacem nostram in indif-
ferentiâ

N 2

ferentiâ

ferentiâ tam prosperitatum quàm adver-
 tum, quæ evenire possent in futurum; an-
 animos nostros ita præparet ac disponat
 tam has quam illas æquanimiter de manu
 suscipere parati simus. Sed præterea necesse
 est re ipsa id efficiat in nobis, ut pacem
 quotidiano patientiæ exercitio declaremus.
 Deinde verò nulla dies abeat, quâ non
 neamus aliqua variis afflictionum quas
 na nobis immiserit Providentia, procellis
 petiti, ut nostrum patiendi desiderium
 pleatur. Ubi demum exserendus est animus
 & naturæ impetus virtute gratiæ reprimen-
 dus. Dei nos ferientis agnoscenda manus
 qua nos castigavit, exolevanda est virga,
 nullâ querelâ, sine ullâ commotione huius
 sectæ paci inimicâ quam in animis nostris
 nerosa in Deum ingeneravit fiducia. *Omnis*
tui, inquit David, *& non aperuit os meum, quia*
niam tu se isti psal. 38. Ita sentire, ita loqui
 decet: Deus meus tu me orbasti parentibus
 meis, tu sustulisti liberos meos, tu subduxisti
 mihi amicum meum, tu abstulisti mihi bonum
 ista, quæ antè dederas, tu mihi immisisti hunc
 morbum, tu vulnerasti me & compunctum
 cor meum dolore, quo crucior; sentio tantum
 tuam, sed amicam; ictus ejus: sed tam lenem
 quidquid à te proficiscitur tam gratum capere

nior, ut à tam benignâ manu inflictum non percipiam dolorem, & obliviscar quidquid est in afflictionibus, quas patior, durum & asperum, ut me tibi supplicem & tuæ omnino conformem exhibeam voluntati, cuius posse exequi consilia nutusque, summam duco felicitatem.

§. XVII.

Præclarè dicta Epicteti in hanc rem.

Hoc est fundamentum firmum & immobile, in quo divinæ providentiæ innixa fiducia in tam animi pacem debet stabilire, illamque exhibere inviolatam in quibuscunque casibus, injuriis, jacturis & calamitatibus. Præclarè in hanc rem Epictetus: Nunquam te aliquid perdidisse dicas, sed reddidisse. Filiolus obiit? redditus est: prædictum est ereptum; an non id quoque redditum est? At improbus est qui eripuit; quid tua refert, per quem is qui dederat, repetierit? Quando concesserit, tamquam alienum cui ato ut cauponam viator. Haud scio an sit aliud remedium potentius hoc, quod viri boni & sapientes adhibent quo se consolentur in miseriis, & ne percipiant, afflictionum quas tolerant acerbitatem, eas nimirum velut ab amica Dei manu immixtas excipiunt, certo-

N 3

que

que sibi persuadent ab illo selectas nobis
distributas pro ut ipse iudicavit eas facere
majus bonum nostrum. Idem porro Episto-
lus alio in loco sic secum sermocinatur. Qui-
gitur pacto velle debeo res omnes? Eodem
mihi conceduntur. At qui mihi illas dedit?
cripit. Cur illi resistam? Fortiori me, non
do insipienter renitor sed & injuste, nam
de mihi obvenerunt? A patre meo illas pa-
deo; huic verò quis donavit? Quis solem
dedit? Quis produxit fructus terræ? Qui
duxit vicissitudines temporum? Quis loca
vit inter se homines? Ab alio igitur cum
beas omnia, quæ habes, immò te ipsum, quæ
indignaris & accusas eum qui tibi omnia
navit, si partem aliquam subtrahat? Qui
tu, & in quem finem natus? Nonne ipse
qui te introduxit in hunc mundum & vitam
dedit vitalis auræ & lucis diurnæ? Nonne
tibi adjunxit socios & adjuutores homines?
Nonne ipse te sensibus & ratione instruit?
Et infra: Ita est fateor; sed volo ut uxores
& liberi mei mecum sint. Æstimas igitur
quod isti tui sunt, & non potius illius, a quo
sunt, & à quo tu ipse es conditus? Non
reddere quod alterius est? Nunquid ipse
cederes fortiori te? Ad quem igitur
(subjungit paulò post,) recepi hæc omnia?

illis utar. At, quamdiu? Sanè quamdiu pla-
cuerit illi, qui ea mihi commodavit. Denique
sic concludit: Operæ pretium est frequenti
meditatione hæc animo volvere à mane us-
que ad vesperam, & inchoare à rebus mini-
mis, quarum jacturam facilius pateris, exem-
pli gratiâ, alicujus restæ aut vitri, & hinc trā-
lire ad interulam tuam, ad canem domesti-
cum, ad equum tuum, ad agros tuos & vi-
neas: inde ulterius progredi ad teipsum, ad
corpus tuum, ad liberos, ad uxorem, ad fra-
tres. Quis non stupeat hæc philosophi Eth-
nici sed Christiana dicta, & cogitationes tam
sublimes? Quod si ita vixit, ut docuit, omni-
no fatendum est, philosophiam ejus, nostræ
ipsi fuisse magistræ perfectionis. Quam
præclare docet quonam nos modo compa-
rare debeamus ad tolerandam æquo animo
rerum nostrarum jacturam, cum ab eo, qui
dedit, repetuntur. Errat graviter, quisquis cre-
dit, Deum, quod nobis largitur, à se abdicare:
semper retinet ejus dominium, etiam cum
possidetur à nobis, æquè ut antè. Supremo
quod habet, & absoluto in omnia juri renun-
tiare nunquam potest. Si de manu in manū
transferat: si sub terra dehiscente sepeliat, si
per ignem aut aquam consumat, nec expro-
bare illi possumus, nec conqueri, quod de

re sua disponat pro libitu suo; nos siquidem
 usum tantum earum rerum accepimus qua
 tenemus; commodatis enim facultatibus
 Deo utimur & quasi precarii possessores
 sumus, ut loquitur Salvianus. Immo non ignoramus
 nihil ab eo fieri quod non tendat in magis
 bonum nostrum, ipsi potius gratias agere
 nemur pro ista qualicunque commutatione,
 retinentes semper mentibus nostris insitam
 de bonitate ejus infinitam fiduciam, adeo ut
 non resistamus ejus consiliis, jactura omnis
 ipso dirigente cedit ad magnum emolumenta
 nostrum.

Exempla.

§. XVIII.

Ezechia Regis.

Cum accepisset Rex Juda Ezechias, ut narra-
 tur 4. Reg. c. 19. literas Sennacherib
 Assyriorum Regis minis blasphemisque ple-
 nas, & legisset eas, ascendit in Domum Domini,
 & expandit eas coram Domino, & oravit in
 conspectu ejus, ut ab eo obtineret auxilium
 contra potentissimos hostes suos, siquidem
 in Domino Deo suo habebat fiduciam quod
 ipsis adeo hostibus notum erat, ut tamen eam
 tanquam vanam riderent. Verum rex pueri-
 mus divina fretus ope magis sprexit Sacre-

gas comminantium voces testatus nullis hominum minis sibi eripi posse fiduciam in Deo collocatam. Quò enim, inquiebat, spectant illæ comminatoriæ barbari regis literæ? Num fortasse cogitat nobis timorem incutere? An nescit omnia bona nostra, spes omnes vitæ nostræ, corpus & animam in manu Dei esse constituta, à quâ nullæ nos creatæ vires valeant evellere aut tam firmo innixam præsidio pacem evertere? Quod si consilium Dei est, illo tamquam flagello uti ad delicta nostra castiganda, bene quidem; at si Deus pro nobis, quis contra nos? si suæ nos vult experiri protectionis beneficium, cuius minas formidemus? Quidquid accidat, toti Dei sumus: nec alium possumus, nec alium volumus Deum agnoscere quàm illum. Disponat ille de rebus nostris, de vitâ nostrâ, pro ut ipsi placuerit. Hoc certò scimus non conditos nos ab illo, ut perdamur; & quidquid demum evenierit, diriget ipse ad majus bonum nostrum. Idcirco omnem deponemus sollicitudinem, quia in Domino Deo nostro habemus fiduciam.

S. Lydvvinæ. Narratur in vita S. Lydvvinæ Virginis quod in maximis constituta doloribus quos totâ pene vitâ gravissimos passa est, solita fuerit Deum his blandissimis verbis

N 5

allo-

alloqui: *Hac mihi consolatio, & ut affligenti dolore non parcas; amplector tuam ferientem manum, creator Domine Deus: argilla inita versa me & reversa, finge me & forma pro ut judicaveris esse ad maiorem tuam gloriam & salutem meam; Ecce paratum cor meum Deus, paratum cor meum.*

S. Simeonis Stylitæ. Hic invictissime exemplar patientiæ singulari cum voluptate contemplabatur emergentes è vivo corpore vermes quos iussu Dei caro ejus voraces perturbabat hospites, quibus ante mortem in peribulum data, eosque excitabat nonnunquam, ut appositâ escâ lautè vescerentur: manducante, inquebat, quæ Dominus dedit vobis.

Tertullianus exhibens aliam admirabilis patientiæ imaginem, lobi inquam in fimo testâ radentis defluentem è corpore suo simoniam, his utitur verbis: Immundam ulceris sui redundantiam magnâ æquanimitate contingeat, & erumpentes inde bestiolas in eosdem specus & pastus foraminosa carnis ludendo revocabat.

S. Martini. De hoc sanctissimo Præsule legitur quod eximiâ suâ in Deum fiduciâ tantam consecutus sit pacem & tranquillitatem mentis, ut nullum unquam quicunque calus accidisset turbati animi aut tristiæ signum præ-

præ se tulerit. Contigit quodam die ut inci-
deret in prædonum manus, qui magno im-
petu circumfusi videbantur illum in frustra
concisuri; postea vero interrogatus, an non
fuisset gravi tunc terrore perculsus, nullo,
respondit: nec unquam minus timui, paratus
quippe eram libenter pati quidquid Dei nutu
mihi fuisset illatum. Hoc animo comparati
sunt quotquot ab unâ Numinis providentiâ
toti pendunt. Interior animi pax qua fruun-
tur, inexpugnabili circumvallata est fiducia
quam de divinâ circa se curâ intimis concep-
tam medullis perpetuò retinent. Semper sibi
similes serena facie, ore hilari pœnitentiam a-
gunt, morbos excipiunt, injurias sustinent,
paupertatem tolerant, persecutiones patiun-
tur. Diceret mortales Angelos, aut immorta-
lem Deum qui mutationi nulli est obnoxius.
Confidera mihi immotam illam patientiæ
turrim S. Jobum, ait S. Chrysostomus, eun-
dem videbis in sterquilinio, qui erat in thro-
no suo, idem animo perstat coopertus cinere,
sanie fluens, vermibus scatens, qui erat olim
purpura ornatus & bysso. Sed dicit aliquis:
num sensum omnem perdidit? Non æstimat,
quam fecit, bonorum omnium jacturam, vir
ille magnus inter omnes orientales gloria &
divitiis regis celeberrimus? Falleris, inquit

Chrysostomus, falleris, quisquis eum perdisse bona sua credis. Accepto nuntio de eorum liberorum suorum morte, de ruinaedium, de clade servorum, de rapina camelorum, bouum atque ovium, jacturam etiam passus honoris & sanitatis suæ, his omnibus perditis, nihil perdidit, omnia bona sua tenuit, conservavit inviolata, possedit integra. Nam si verè loqui velimus non possidebat illa bona quàm Deum, & quam in divina positam habebat providentia fiduciam invincibilem; hæc ejus erant divitiæ, hi thesauri, hæc felicitas, hæc potentia, hæc verissima & immutabilia bona, cetera ut commodata habebat. Idcirco nec exposulavit, nec questus est, quando illis repetit qui commodaverat, sed gratias laudesque Deo reddens exclamavit: *Dominus dedit. Dominus abstulit. Sit nomen Domini benedictum.*

§. XIX.

Deus quos amat, castigat.

Sanctissimus Ecclesiæ Doctor Augustinus amore suo præclare omnino super psalmum commentatur ostenditque singulari Devotione affici quicumque meretur ab eo affligi & cum castigatur, ferientis manum agnoscere prorsus ad Deum tuum refer flagellum tuum

inquit, Mi homo quisquis in hoc mundo adversa pateris, cave fortunam accuses, aut dæmonem, aut homines impios, aut inimicos aut invidos: non est alia fortuna, quam Dei Providentia; si alium tibi authorem imaginis, fictum Dei loco statuis simulachrum: Creaturæ, quæcunque te torquent, flagelli instar sunt in manu ejus, his utitur ad castigandum te velut hostem suum, aut certè ad probandum te & in perfectione virtutum provehendum sicut filium suum. Scias ab eo hætenus in numerum amicorum suorum receptum neminem, quem non prius adversitatibus varijs exercuerit, ut patientiam disceret & humilitatem & abnegationem sui ipsius & alia hujusmodi insignia spiritus quem donat his qui sunt ejus, assumeret, quibus hi à ceteris discernuntur. Talem cœlestis Pater educendi & gubernandi filios suos modum tenet, hoc charactere solet eos insignire simulac in familiam suam atque inter hæredes suos adoptat. *Corripit omnem filium, quem recipit*; Vis audire quam omnem, subdit in hunc locum idem Hipponensis Doctor: etiam unicus Dei Filius sine peccato fuit, non tamen sine flagello. Filius Patri suo & sapientiâ & bonitate & potentiâ aequalis,

in naturā unus, in maiestate par, verus Deus
 æternus & immortalis, sine tribulatione non
 vixit, in laboribus à juventute, in ærumis
 multis, in persecutionibus varijs, adeo mi-
 cut erat primogenitus & dilectus præ omni-
 bus, ita præ omnibus exquisita sustinuit op-
 probria, tormenta, mortem denique Crucis
 ignominiosissimam, eo redactus miseriarum
 ut non esset *et species neque decus*, sed *despe-*
ditus & novissimus virorum, vir dolorum &
quasi leprosus & percussus à Deo & humilia-
tus mundo appareret. Isai. 53. Cum tot tante
 que in corpore & anima passus sit Dei Filius,
 quanta potest, imò plura quam ullus homi-
 num vel passus est aliquando, vel pati potest,
 tu qui in peccato natus omnem luere penam
 debebas, quam ipse pertulit, eximius vis esse
 & exemptus ab adversitatum & dolorum
 perpeffione? Quis sanctorum, inquit Hie-
 ronymus, sine certamine coronatus est? Abel
 justus occiditur, Abraham uxorem pericu-
 tatur amittere. Quære & invenies singulos
 adversa perpeffos. Et quidem sanctorum ma-
 ximos maxima. Hæc est via qua Deus perie-
 cit amicos suos nonnunquam ad dignitates
 huius vitæ, si ita expedit, aut certè ad celestis
 gloriæ cum tempus advenit, ea potiundi.

Historia Iosephi Patriarcha expenditur.

Hoc ipsum meo iudicio clarissimè elucet in historia sanctissimi Patriarchæ Joseph, quam quotiescunque considero, video in eo mirificè resplendere divinam providentiam, non aliter ac in meridie, conspicuus sine nube Sol, diffusis quaque versum radijs intuentium oculos in se convertit. Aeterno suo consilio constitutum habebat Deus ut Ægyptus quàm latè pateret, nec ejus tantum incolæ sed exteræ etiam gentes durâ annorum septem fame laborarent, adeo ut postquam omnia bona sua aut vendidissent aut oppignerassent pro frumēto, sterilitate nihilominus perseverante reducti ad incitas populi sine bonis, sine pane tandem fame perirent, nisi tanto malo singularis occurreres providentia. Ad hoc opus Joseph eligitur, qui afflictissimis his regionibus saluti esset & subsidio ijs medijs, quæ Spiritus sanctus illi suggereret. Verum quis sibi poterat persuadere eum ad tanti fastigium honoris divinæ ipsi voluntate constituti per tantorum malorum occursum, per tot præcipitia adversosque casus & continuam quasi mortem emergerum? Et tamen hujusmodi viam ingredi & pro-

prosequi necesse erat, ut eo perveniret quod
 rat à Deo destinatus. Nam primum quidem
 fuit à fratribus suis invidiâ stimulante con-
 clusus in cisternam veterem, sed paulò post
 de extractus commiseratione quorundam
 his ipsis minùs malorum: tùm ab iisdem ven-
 ditus in mancipium mercatoribus Madia-
 nis. Deinde in Ægypto cum Domino suo fi-
 delissimè serviret, falsò accusatus in carcerem
 traditus est, ubi annos aliquot tam Deo che-
 rus quam hominibus ignotus exegit; donec
 superatâ fratrum suorum invidiâ, impudice
 mulieris libidine ejusque malè creduli mariti
 crudelitate illustrior virtutum & sapientia
 meritis in notitiam venit Pharaonis, a quo
 non tantum evocatus est è carcere, sed eve-
 ctus etiam ad dignitatem penè regiam, dum
 secundus à Rege constitutus est super uni-
 versam terram Ægypti, ut ad ejus imperium
*cunctus populus obediret nec moveret quicquam
 manum aut pedem in omni terra Ægypti Gen.*
 41. Non est dubium quin potuisset Deus ex-
 emptum à cunctis, quas passus est, miseris, de
 domoeductum paternâ in qua laborabat
 suorum invidiâ & odio, continuo evehere ad
 thronum Pharaonis, ut ab omnibus in Ægy-
 pto velut sol oriens suspiceretur; sed non tra-
 bet hoc in more positum divina providentia

Non
 tes ro
 mina
 bria
 nit S
 Delece
 veris
 clama
 distis
 verit
 alcen
 gaudi
 nec b
 descen

Deus

Inha
 Deu
 re jub
 illis m
 bonu
 niam
 ne gra
 net, &
 libus: f
 volum

Not

Non nisi medijs è spinis videmus efflorescentes rosas, nec à Deo electos ascendere ad culmina honorum nisi per ignominias, opprobria, exilia, & adversa varia. Hoc est quod dicit Sapiens: *antequam glorificetur, humiliatur*. Descensu ascensum, ignominia gloriam, adversis prospera mereri necesse est. Descendite clamat S. Augustinus, descendite qui ascendistis in altum, alioqui peribitis, fugiendo adversitates incidistis in illas, cecidistis enim ascendendo. Non est alia via perveniendi ad gaudium quàm via crucis & afflictionum; nec brevior ascenditur ad gloriam quàm descensu ad tolerantiam opprobriorum.

§. XXI.

Deus nullum permittit aut immittit malum, nisi ut inde eliciat bonum.

In hanc rem uti possumus illis verbis quæ Deus per Prophetam suum Isaiam nuntiare jubet omnibus justis, nimirum quidquid illis miserationum ac calamitatum acciderit, in bonum illorum cessurum. *Dicite justo, quoniam bene.* Isa. 3. Dicite, inquam homini justo, ne graviter ferat persecutiones, quas sustinet, & damna quæ patitur in bonis temporalibus: fiduciam ne perdat & animum divinæ voluntati conformem; dicite illi Dei nomine quod

quod jubeat ista omnia bene feliciterque
evenire. Sed quid ais Propheta sancte? Homo
iste causâ cadet in iudicio, unde bonis omni-
bus evertatur; an tanta jactura non sufficiat
ad iustissimum mœrorem? Dicite iusto quo-
niam bene. Dicite quia fallitur si mœrorem
idcirco putat: non est mœoris ista, sed con-
solationis potius materia. At uxorem etiam
& liberos mors immatura eripuit; num po-
test non contristari? Dicite iusto quoniam be-
ne. Etiam contemnitur ab omnibus; à quibus
prius colebatur, ij nunc vix dignantur illum
salutare vel alloqui. Dicite iusto quoniam
bene. Dicite ut meliora speret, retineat in
Deo fiduciam; novit ille cur eum sic trahat,
probat illum, sed faciet cum tentatione pro-
ventum, videbit aliquando & agnoscat ad-
versa quam patitur adversitate salutem suam
gloriam dependisse æternam. Discernit ac-
curatè Deus quid faciat aut ubi feriat, cum
hominem affligit, ideoque in Scriptura sacra
comparatur Monocerotus unicorni, qui cum
cornu gerat intra oculos; non verò supra frons-
tem, ut Taurus, cum ferire vult quem per-
cutit, ita ictum visu moderatur ut recta impingat,
quo dirigebat, nec aberret unquam; ac vero
taurus cœco quasi impetu fertur in id quod
occurrit, nec videt quid & ubi tangat; unde se-

sepius diffundit levem aërem & secat ventos.
 Novit Deus tibi feriendum sit, nec tamen
 plaga quam infligit ad nostri tendit interne-
 cionem, sed ad sanationem, sicut chirurgi
 nonnunquam secant ut sanent, & Monoceros
 quem vulnerat, sanat, eodem enim cornu
 quo ferit, medicinam facit. A deo afflictiones
 non modo perficiunt innocentes, sed nocen-
 tes etiam & peccatores reducunt ad melio-
 rem frugem. Et sanè cujuscunque conditio-
 nis & status hominibus saluberrimæ sunt, ut-
 pote quæ non aliter nobis à Deo proveniant
 quam nostra in divinam providentiam fidu-
 cia eas susceperit. Aut es aurum, aut ferrum,
 dicebat olim quidam sanctorum adolescenti
 religioso qui querebatur de morbi sui diu-
 rurnitate; quidquid verò responderis ajo te
 immerito conqueri; nam si aurum es, infirmi-
 tas hæc te probat & purgat: si ferrum es, ru-
 biginem omnem abstergit; ad alterum ex his
 finem vult te Deus hoc morbo vexari.

§. XXII.

Memorable exemplum de hac re.

AD confirmandam hanc veritatem ex in-
 numeris quæ in hanc rem commemo-
 rari possent exemplis, unum seligo relatu di-
 gnissimum quod habetur in vitis Imperato-
 rum

rum Constantinopolitanorum. *Colren. 7. v. agr. sub an. 440.* In his narratur quod cum nescio quo casu muri Constantinopolis corruissent, Cyrus inter præcipuos illorum temporum Architectos celeberrimus promissa se eos sexaginta dierum spatio reparaturum. Dictum factum, qua fide susceperat opus, perfecit feliciter. Eo facto tantam consecutus est gloriam & laudem, ut plebs omnis certatim in plateas effusa festivis vocibus ipsi gratulabunda præfente etiam Imperatore acclamaret: Constantinus condidit, Cyrus instauravit. Imperator molestè ferens tam gloriosum dari cœmentario encomium, bonis eum omnibus spoliavit hoc nomine quod idolorum esset cultor. Sub idem quoque tempus uxor ejus maligno spiritu cœpi obsideri. Quid hic faceret Cyrus? Sensit enim verò, & graviter quidem tantam tamque subitam fortunæ commutationem; sed meliorem mentis suæ. Mala ista bonum illi maximum attulere; relictâ namque superstitione gentilium, Christianam amplexus est Religionem, & deinceps diem nullum prætermisit quo non singulares ageret gratias divinæ providentiæ, quod per jacturam bonorum suorum & energumenæ conjugis suæ miseriam se deduxisset in viam salutis at-

na. Idem denique Smyrnenſium factus Epif-
 copus & vitam ſanctam inſtituit, & mortem
 obiit beatiffimam Si Cyrus bona ſua tem-
 poralia ſervaffet, amiſiffet æterna, ſi uxor
 ejus non fuiſſet obſeſſa à dæmone, ipſe in
 Dei non fuiſſet receptus amicitiam. Quis er-
 go afflictiones renuat ſuſcipere de manu e-
 jus qui illas noſtræ fecit inſtrumenta gloriæ?
 Denique quis non æqui bonique faciat quid-
 quid nobis adverſitatum quantumvis gra-
 viſſimarum Deus inmittit, quando non de-
 fuerunt Ethnici qui in gratiam principis ſui,
 cui ut erant familiaritate conjuncti, ne opi-
 nione diſſiderent, omnem doloris ſenſum,
 qui jure maximus videri poterat, depoſuere.
 Teſtis eſt Regis Aſtiagis aulicus nomine
 Harpalus, cujus filij carnes cum eidem Rex in
 menſa appoſuiſſet, exhibitis ſeparatim mani-
 bus, pedibus & capite occiſi, interrogavit, ſi
 quid haberet, quod opponeret; nihil habeo,
 reſpondit Harpalus, nam quidquid Rex facit,
 mihi placet, Quamò rectius juſtiusque reſ-
 pondere Deo quiſque noſtrum deberet.
 Quidquid Deus facit, mihi placet, & de pa-
 terna ejus manu quævis adverſa nobis illata
 recipere majore multò æquanimitate, quam
 barbarus ille Harpalus tulerit aut ferre ſe ſi-
 mulaverit mortem filij ſui. Ut verò omnis
 tol-

tollatur ambiguitas, quæ oriri posset ex
 quod nos fiducia in Deum docet, mala
 cet omnia quæ nobis accidunt, promptis
 nimis excipienda, mementote Israelitarum
 qui tametsi Dei mandato voluntateque cog-
 nitâ contra gentis suæ impiam tribum pul-
 simè pugnarunt, repetitâ nihilominus clade
 & ingenti suorum strage affecti sunt. Jud. 3.
 Proinde non nisi imprudentissime quæren-
 mus cum Gedeone: *Si Dominus nobiscum
 cur apprehenderunt nos hac omnia?* Jud. 6.
 Quasi verò adversitatum tolerantia proci-
 bat à nobis Deum, cum è contrâ existimare
 debeamus, tanto illum nobis viciniorem es-
 se quo plura nos mala circumstant, ut jam lo-
 prâ declaratum est, quo maxime tempore
 oportet majorem concipere fiduciam, animi
 intendere alacritatem, confirmare pacem &
 tranquillitatem mentis, tantoque firmiorem
 in Deo defigere spem, quanto majoribus oc-
 undique malis videmus cumulari. *Domine
 canebat David, ut scuto bona voluntatis
 coronasti nos.* psal. 5. Hoc inexpugnabile scutum
 à vulneribus nos protegit innoxios & credidit
 gloriosos: nihil contra nos creatæ vires va-
 lent absque Creatoris permissu ductuque
 omnis ejus voluntas nobis adoranda, omnis
 consilium amplectendum, omnes tribulationes

nes, quas ipso volente patimur, semen meritorum sunt & celestium præmiorum. Quæ proinde major pax firmiorque potest excogitari quam hæc qua fidelis animus fruitur ejusmodi instructus præfidijs?

Qui confidunt in Deo, afflictiones recipiunt
ut peccatis suis debitas,

Quintus fons vera pacis.

§: XXIII.

Quantam poenam peccatum mereatur.

PRorsus immeritò querimur de gravitate malorum quæ patimur, si consideremus gravitatem malorum quæ commisimus quæque meriti sumus. Etiam si non nisi unicum à nobis commissum esset peccatum, tantitamen est divina Majestas quæ illo offenditur ut nulla poenarum ac suppliciorum perpessione illud expiare ac dignâ compensare satisfactione possimus. Nullum genus morbi, non calculi aut cholicæ dolor, non podagræ cruciatus, non pestis, non bellum, non fames non quidquid tormentorum excogitari potest, toleratum sufficit ad placandum Deum peccato unico etiam levissimo offensum, si non Dei filius humanam assumens naturam meritum & pondus nostris addidisset operibus

bus. Nihilo tamen minus David ob raturum populum clade regni sui maximam po-
 nitus est, adeo ut tribus diebus grassante po-
 stilentia mortui sint ex populo septuaginta
 millia virorum. 2. Reg. 24. Bethsaminitarum
 quod reductam à Philistæis arcam Domini
 curiosius inspexissent, percussi sunt nobilio-
 res de populo septuaginta viri. Et quinquaginta
 millia plures. 1. Reg. 6. Jam verò si con-
 deremus peccatum Adami protoplasti pe-
 rentis, quam diuturnam in ipso, quam duram la-
 reque diffusa in posteris punitum est poena.
 Unica pomi vetiti illicita commestio innume-
 ra mala in genus humanum invexit. Ex
 hoc fonte morbi, dolores, paupertas, famelica
 bella, seditiones, cædes, omnesque miseriae
 & calamitates quæ ex eo tempore terram in-
 vaserunt, jam inde per tot secula in omnes &
 singulos homines manarunt sine exceptione
 ullius, ne ejus quidem, qui pro salute aliorum
 de cælo advenerat cælestis medicus. Sed &
 peccati illius amplius dominata est tyranus
 illud solvit cataractas cæli, omne genus vi-
 ventium diluvio involvit aquarum, aperuit
 abyssos terræ, referavit subterraneos ignium
 specus ut in hos detrusi mortales aut putri-
 gentibus flammis definito tempore, aut in-
 finito gehennæ cruciarentur ardoribus ter-
 rentibus.

piternis Hujusmodi considerationes an non
sufficiunt ad leniendam malorum quæ tole-
ramus acerbiter, & ad persuadendum no-
bis à Deo nos misericordiâ maximâ tractari
dum pœnas æternas, quas peccando meriti
sumus, benignus remittit, contentus affligere
nos jacturâ alicujus processus juridici aut a-
micorum aut parentum, aut delectationis
cujusdam momentaneæ. Commutat crucia-
tas æternos in ægritudinem unius mensis,
aut anni, aut totius etiam vitæ nostræ sed
mortalis. Hæc si, pro ut par est, attentius tecum
reputares, *Intelligeres*, sane, ut dicitur in libro
Job quod *multo minora exigaris à Deo quàm
meretur iniquitas tua*. Job. ii. Quid ergo te
crucias, quid lamentaris tantopere, quod ne-
gorium aliquod non cesserit tibi ex senten-
tiâ, quod filius tibi obierit, quod creditum
perierit, quod amicus fidem fefellerit, quod
famulus furtum fecerit, permisit ista Deus ut
puniat peccata tua. Num injuriam tibi facit
castigando te propter offensas in se commis-
sas, & quidem pœnâ tam levi qui meritis e-
ras supplicia inferni sustinere æternum socius
demonum futurus & pabulum ignis inex-
tinguibilis, si te pro merito tuo punire vo-
luisset?

• *Veri pœnitentis Oratio.*

Cur non confiteris potiùs cum verè pœnitentibus, Prophetæ verbis: *Iram Domini portabo, quia peccavi ei: aut cum sancto Jobo; Peccavi & verè deliqui, & non veni ut eram pro meritis:* Cur non imitaris Irem Imperatricem Constantinopolis quæ per bellem servum dejecta de throno suo hanc fertur invictum animum testata sententiam: Non habeo quod conquerar, nec quod affligam me de iacturâ dignitatis meæ: divina bonitas imposuit diadema capiti meo, & equitas peccatorum meorum ademit mihi. Deus hoc honore dignatus est, culpam meam spoliavit. Cur non exclamas cum patientissimo Job: *Hæc mihi consolatio est, ut affligam me dolore non parcas?* Aut cum S. Augustino Domine hîc ure hîc seca, hîc nihil mihi parcas, ut in æternum parcas? Nunquid satius est in hac vitâ laborare, ut in altera quiescas, hîc tolerare dolores finitos & breves ut evadatur infinitos & æternos? Amabilius est sustinere castigantem Deum ut Patrem; at horrendum incidere in manus severissimi iudicis. Optandum proinde hîc nulla ut pars corporis expers dolorum, ne corpus & anima flammis

crucietur æternis. Verum quotus quisque est
sic animo comparatus? quam multi inveniū-
tur dissimillimi fideli cuiquam atque obtem-
peranti famulo, qui cum ab hero suo iuste
pro admittis delictis reprehenditur, ne verbo
quidem contradicit, aut obmurmurat, nisi
forte veniam postulet culpam agnoscens, si-
quidem considerat reprehensione quavis ne-
gligentiam suam multo esse maiorem, adeo
ut gravioris poenæ loco duceret si minus ab
hero suo viro moderato ac sapiente argue-
retur! Quam multi, qui cum imitari deberent
mores filij bonæ indolis non ægrè ferentis
severius se à parente suo tractari quod novit
nihil nisi profectum suum ab eo spectari,
phreneticorum instar medicinam optimam
respuunt, & quod illis causa salutis multorū-
que occasio meritorum esse posset, inde sibi
ipsis certam perniciem atque interitum ac-
cerunt! Nolunt ut par est, æstimare bona
quæ ipsis à Deo Domino atque optimo Pa-
tre benignè præstantur sed illum ipsum gra-
vius offendere non verentur murmurando
contra eum, resistendo, detrahendo, incusan-
do ejus providentiam. Quanto satius est in
spiritu humiliato, & animo contrito confiteri
peccata sua & in conspectu divinæ Majesta-
tis misericordiam ejus suppliciter implorare.



emendationem offerre, percutere petus
 prostrernere se humi & dicere cum filio pro
 digio: *Pater peccavi in cœlum & coram te: non
 sum dignus vocari filius tuus.* Luc. 15. Au
 cum Publicano (qui nolebat nec oculos ad
 cœlum levare) *Deus propitius esto mihi pec
 catori* Luc. 18. Aut cum pœnitente vate regis
*Miserere mei Deus secundum magnam mis
 ricordiam tuam* psal. 50. Aut cum Impera
 re Mauritio: *Iustus es Domine & recta iudi
 cia tua.* Aut cum Theodosio magno, qui post
 commissum peccatum vermis instat humi
 prostrato corpore repens Deum precabatur
 his Psalmistæ verbis: *Adhæsit pavimento
 anima mea. vivifica me secundum verbum
 tuum,* psal. 118. Hujusmodi submissionis
 pœnitentiæ genere cum merito placendus
 Deus, quem toties sceleribus tuis ad indigna
 tionem concitasti, etiam audes novis
 peccatis irritare? Non videtur parem male
 factis tuis rependisse pœnam: accusas ejus
 iustitiam quod multo minus quam meritis
 tuis: insurgis contra res creatas, quibus ve
 lut instrumentis Deus utitur ad te puniendi
 quæ sanè non majore sunt culpa dignæ, quam
 carnifex iustæ judicis sententiâ reum ad mor
 tem damnatum supplicio afficiens. O si alio
 ris aliquo de divina maiestate cognitionis ta

dio esses illustratus, ejusque accensus amore & plenus fiducia de bonitate ejus infinita, quam clarè perspiceres nullam esse causam indignandi, nisi contra teipsum & peccata tua quæ malorum omnium, quæ toleras, fons sunt & origo; ista verò justissima indignatio non te turbaret affligeretque sed potius conciliaret suavissimam animo tuo pacem nullis mundi machinis, nullius adversitatis impetu expugnandam.

§. XXV.

Deus castigat peccata nostra per manus persecutorum nostrorum.

Quæcum ita sint, peccatis nostris adscribere debemus afflictiones nostras, non verò Creaturis quas Deus adhibet ad vindictam sumendam de peccatis commissis, unde illæ & virgæ Dei & flagella nominantur, quo sunt olim nomine appellati Reges Afflictiorum, deinde Attila Totilas alijque barbari Christianorum hostes, quibus Deus usus est tanquam instrumentis & executoribus justitiæ suæ ad debitis ob admissa delicta pænis populum suum castigandum. Impietas eorum tanquam securis Dei facta est, ait S. Augustinus. Hac salutari munitus cogitatione David, nec impiam degeneris filij rebellionem

ne, nec gravissimis Semei maledictionibus
 ritatus patientem animum perdidit; immo
 hinc materiam sumpsit laudandi atque benedi-
 cendi Deum considerans multo maiora
 promeritum esse. Cur non idem sapimus de
 que sentimus cum Davide? cur non ingenu-
 confitemur in varijs constituti adversariis
 malis undique velut flammis involuti cum
 tribus pueris in medio fornacis Babylonice
Iustus es Domine in omnibus qua fecisti nobis
in veritate & in iudicio induxisti omnia haec
propter peccata nostra peccavimus enim & in
iquè egimus recedentes à te, & deliquimus in
omnibus; & praecepta tua non audivimus nec
observavimus, nec fecimus sicut praeceperat
ibi, ut bene nobis esset: omnia ergo qua induxisti
super nos & universa qua fecisti nobis in iudi-
cio fecisti Dan. 3. Concludo hoc argumē-
 tum admirabili sensu S. Catharinae Genue-
 nem quem ipsa ut in eius vita narratur, testari so-
 lebat ardentissimo in Deum Conditorum
 suum inflammata amore & desiderio divina
 Majestati satisfaciendi paenarum omnium
 peccatis suis quorum se ream faciebat, debi-
 tarum, unde non magnopere aestimabat par-
 ticipem se fieri poenitentiarum bonorumque
 operum quibus alij culpas suas expiant, sed
 que propterea, ut semper divinae videretur

noxia
 Confite
 peccat
 sine pr
 O ar
 tolerat
 intol
 Rogo
 cruciat
 quam
 atque
 meis
 nemqu
 me fin
 sitam
 majest
 sumum
 in max
 Secun
 Obiect
 N
 bis: G
 20-

noxia iustitiæ & maioribus digna supplicijs,
 Consideratione supremæ bonitatis quam
 peccando offenderat, sic afficiebatur ut de eâ
 sine profusis lacrymis nunquam cogitaret:
 O amor meus, aiebat suspirans, *Om*nia mihi
 tolerata facilia videntur, unum autem id prorsus
 intolerabile quod te offendit. *In* Deus meus.
 Rogo te supplex ut gravi limbo eosque
 cruciatus & tormenta in me infliga potius
 quam denuò me labi peccatis in peccatum
 atque in horâ mortis malo obicias oculis
 meis teterrimam cacodæmonis speciem om-
 nemque inferni horrorem quam deformari
 me sinas maculâ aliquâ vel levissimi peccati
 sitamen leve dici potest quod in divinam
 maiestatem tuam committitur. Excellentis-
 simum sane hoc medium est altissimâ pace
 in maximis etiam afflictionibus perfruendi.

CAPUT II.

Secundus effectus fiduciæ in Deum verum
 animi gaudium.

§. I.

*Objectiones mundanorum contra gaudium fa-
 mulorum Dei.*

Non pauci reperiuntur inter omnes qui
 succensere videntur illis Apostoli ver-
 bis: *Gaudete in Domino semper, iterum dico*

gaudete. ad philip. 4. Quibus hortatur nos ad
perpetuam animo retinendam lætitiā ipi
etiam tempore adversitatum, Quod erudit
illis humanā scientiā & Aristotelicā imbuit
Philosophiā quasi quoddam paradoxon, im
adynaton esse videtur, adeo ut propositum
illam temeritatis libenter accusarent, nisi
merent hæreseos notam incurrere, si veru
tem dicerent mendacium; aut impietatis
gū, dum philosophi videri volunt. Nihil
nus vix possunt dissimulare quin falsam mi
te conceptam opinionem nonnunquam pro
dant & proferant in vulgus tanto magis
simplicium offensione, quanto liberiore
meritate. Qua ratione fieri potest, inquam
ut hi quorum vita concatenatis neccitum
ferijs, molestijs abundat, adversis quocunq
casibus exercetur, voluptate nullā alternant
si quid fortè quietis, si quid interdum solati
capiunt, laboribus tamen continuò succedē
tibus & mœrore lacrymisque mixtum est læ
tum mane nubilum interdū turbat cœlum
nox luctuosa occupat, tales quomodo mi
lam sentire tristitiā possunt? Fierine potest
ut jucundè vivant vitam tot amarā mact
ut exultent tot oppressi ærumnis? Quis
quam cognovit ejusmodi protheos qui non
modo vultum mutare sed duas etiam vultu

4. m.
tur habere naturas duasque facies & altera
ut lary alterius uti? scimus esse difficile am-
bitioso dissimulare gaudium quo sese effert,
cum ad præclaram in Rep. gerendam digni-
tatem evehitur, cum plausus excipit illustriū
personarum amplissimi confessus, cui suam
magnificè probavit auctoritatem, pruden-
tiamque & doctissimos quosque in admira-
tionem rapuit rarā sui excellentiā ingenij.
Difficile est generosum belli ducem non sū-
mis incedere lætitijs, cum insigni suorum re-
portata victoriā exercitum hostium feliciter
fudit fugavitque, cum magnifica defixit tro-
phæa hostili in solo, ac intelligit gloriam
suam omnium ore atque linguis celebrari
toto orbe propagatam. Novimus etiam per-
ceptare aliquā optatā nobis, non magni licet
momenti, continuò dilatarī cor nostrum, &
persæpe vanā spe aut falsa imaginatione no-
bis blandientes obliviscimur malorum om-
nium, quibus aliquando exerciti sumus. Ve-
rum vitam agere perpetuis in gaudijs, eodem
animi tenore nulla interrupta tristitia perin-
de ac si hæc in mortalem cadere non posset,
hoc verò non est hujus vitæ, tales fructus
non profert terra nostra spinis & sentibus
horrida, supra nubes ad cælum usque ascen-
dendum est, ut eos ex opulenta beatorum
O s requie

reque ipsoque paradiso decerpamus. Sinobiscum fœdus iniissent omnes morbi, quosc obligarent nunquam nostras nostrorumque domos ingredi: si à tempestatibus, grâdine & pruinâ nullum vineis agrisque nostris periculum timendum esset: si certi essemus nunquam nos sinistra audituros nuntia de morte alijsve damnis ac injurijs parentum, filiorum, amicorumque nostrorum, non foret sane ingens quotidianæ argumentum lætitiæ; at cum videmus tot tantisque malis expositam vitam nostram, toties non extram tantum gaudij aut initia occupare luctum sed sæpenumero quæstas diu magnoque comparatas oblectationes perturbari inperit casibus, quo fieri pacto potest ut non afficiamur tristitiâ aliqua. imò nonnunquam petus obruamur? Sic caro instat adversus spiritum, sic infiremit mundus contra Deum; sed suscepta melioris partis causâ, non deerispero, quod respondeam. Quare omittis multis rationibus quibus hæc dîcō ē quæstus per facile foret ostendere nihil insolens, nihil impossibile nobis ab Apostolo præcipi; sufficet mihi hoc loco declarare ad commendationem fiduciæ in Deum, hanc esse unicam facundissimam parentem tranquillitatis perpetuæ, & gaudij imperturbabilis, modo

femel in animum admiffa permittatur in eo
 stabilem fedem figere. Hæc corda noſtra re-
 gens propulſabit omnem triſtitiã, depellet
 mœrorem nec quidquam accidet aliquando
 ſiniftri, quod ejus ope non cedat nobis in ad-
 mirabile ſolacium & gaudium mentis ſingu-
 lare.

§. II.

*Fiducia in Deum parit perenne & perfectum
 gaudium in ipsis quoque afflictionibus.*

Am ſupra declaratum eſt quod ſingularis
 in Deum fiducia non ſolum doceat nos di-
 vinam agnoſcere ſapientiam in mundi gu-
 bernatione, verum etiam in adminiſtratione
 rerum omnium noſtrarum qualeſcunque tã-
 dem illæ ſint, has quoque ab ejuſdem nutu
 pendere ac ſubefſe curæ. Hinc illa eadem vir-
 tus ita diſponit nos ut paratiſſimis animis de
 ejus manibus ſuſcipiamus quæcunque in re-
 bus negotijsque noſtris eveniant, ſive ſint
 proſperæ fortunæ munera, ſive adverſæ jacu-
 la, eo ſenſu quo de fortuna loqui ſolemus, a-
 deo ut quiſquis virtutis hujus ſtudioſus eſt
 cultor, non ad creaturas referat ſeu commu-
 nes ſeu particulares rerum mutationes, ſed
 proximè in Deum, velut unicam rerum om-
 nium cauſam, Et verò cum ipſe ſit ubique
 præſens, neque quidquam in mundo geratur
 abſque influxu divinæ providentiæ, nemo eſt

vir bonus qui non iustissime dicat: Deus mihi
hanc mihi afflictionem immittit, Deus mihi
mihi satisfactionem tribuit, largitur hanc
ratem, processum, lucrum, jacturam. Atque
ita se considerat, uti memoratur de sancto
quodam Abbate, qui sic vivebat: perinde ac
si præter se ac Deum nemo in mundo vive-
ret; unde velut ex perenni fonte tantam ma-
bat in ejus animam gaudiorum copia, ut
mnem penitus tristitiam absorberet. Ex
mo quidem non est dubium, quod spectant
bona, quin magno sit solatio nosse à Deo
bona omnia provenire, modò quis vel muni-
mam habeat tanti notitiam beneficiorum.
Nam si manus largientis principis munus
ipsum commendat & auger: si favor præstans
non tam ex se æstimatur atque amatur, quam
ex singulari præstantis affectu ipsiusque ex-
cellenti donantis dignitate, ut crudite probat
Philosophus Seneca l. de benef. quant. ambo-
na Dei, quibus cumulamur ex infinita eius
bonitate ac majestate trahunt commende-
tionem? Et quod inde consequens est, quæ-
tum gaudium & consolatio ex ijs redundat
in animum illa velut de manu Dei in manus
recipientis? Quam dispar fuit gaudium Mo-
sis & omnium bonorum in deserto, qui libe-
ralissimam quotidie videbant, ut sic dicam
Dei manum sibi aperiri, & impleri se benefi-

atione uberi panis cælestis; quam dispar inquam illorum erat & impiorum gaudium; hi enim nescio quo ventorum turbine aut secundo fortunæ afflatu quotidianum sibi panem afferri fingebant haud considerantes datorē ejus Deum, perinde ac si eum non cognoscerent. Sed parum est ad commendationem fiduciæ in Deum quod hæc secundis in rebus gaudium nostrum augeat & confirmet; amplius aliquid præstat, nam & in ipsis adversis & afflictionibus eodem aut majore etiam sui studiosos replet gaudio, id quod mundi amatoribus, qui nihil nisi terrena sapiunt, paradoxum videtur, quod supra jam insinuavimus, sed hic pluribus operæ pretium est declarare.

§. III.

Gaudium Dei mensura est ceterorum.

Ad hunc effectum plenius cognoscendū, præsupponi debet principium communi consensu receptum, quod videlicet inter naturæ cujusque sive essentiæ differentias inveniat aliquæ, quæ sit veluti forma & mensura reliquarum, ita ut quò ad hanc unaquæque accedit propius, aut recedit longius, eo plus participet aut minus perfectionis in eâ differentia. Exempli causa, si de calore loquamur, sicut qui in igne est calor, excedit ceteros omnes qui reperiuntur in rebus aliis, ita illorum

est mensura perfectionis: Si de lumine, manifestum est quod lumen solis principatum teneat in virtute illuminandi, adeo ut quanto magis huic assimilantur cetera, tanto plus perfectionis habeant in genere illuminationis. Pari modo dico quod Dei gaudium sine dubitatione omnium aliorum gaudiorum verissima regula est & mensura; ut enim ipse fons est & origo rerum omnium, sic unus ipse fons omnium perfectiones & quidem eminentiore atque excellentiore modo in se complectitur universas, in quibus gaudium ipsius ut precipue emineat necesse est, utpote in quo eius consistit beatitudinis summa possessio. Unde inferitur quod tanto gaudia nostra erunt maiora quanto illi divino similia, quodque nemo sit usquam gentium qui perfectius neceriusque gaudere possit quam quisquis in Deo & de Deo solo gaudet. Ipse siquidem Deus non alio aliquo, quam in se & de se solo gaudet: cui res creatæ omnes ne minimam quidem particulam gaudii afferre valent haud magis quam ipsa tristitia. Quod si dicitur in scripturis sanctis: *Letabitur Dominus in operibus iustorum* psal. 103. iisdem quoque dicitur: *tactus dolorem cordis intrinsecus* Gen. 6. Et iterum: *Nolum contristare spiritum Sanctum Dei* ad Eph. 4. Quæ tamen non ita dicuntur quasi vel tristitia, vel poenitentia vel alternatio gaudium

Deo locum habeat; sed quod ita signis iisdem
declaret, quibus solent homines cū gaudent,
cum tristantur, cum eos poenitet; aut quod, ut
dicunt alii, ejusmodi edat effectus passionum
sine ullā tamen vel mutationis, vel sensus,
quatenus adjunctam habent imperfectionem
vicissitudine. § VI.

*Fiducia in Deum parit gaudium in tribulatio-
nibus quodammodo simile divino.*

Hoc posito fundamento non est difficile
ostendere in iis qui patiuntur cum per-
fectā in Deum fiduciā, generari perfectū gau-
dium etiam tunc cum gravissimas sustinent
& tribulationes & persecutiones. Nam sicut
hac eruditi virtute, bona quæque velut de
manu Dei suscipiunt, ita eadem magistra vir-
tute intelligunt mala, quæ patiuntur, sibi à Deo
infligi, ut ex afflictionibus suis major in Deum
gloria redundet; & cum amor proprius in ad-
versis non inveniatur locum, quem habet non-
nunquam in prosperis, toto mentis impetu o-
mnique conatu in unum Deum tendunt, &
quantò pluribus gravioribus premuntur ma-
lis, tantò se Deo, a quo vocantur, conjungunt
arctius & in eo sincerius delectantur omni a-
liunde destituti oblectatione. Hinc jactura
bonorum sanitatis, existimationis, ex quibus
prius capiebant voluptatem, solidius in illis
parit

parit gaudium, adeo ut in Deo solo delectetur, quæ est perfectissima omnis gaudii plenitudo, ipsum videlicet gaudium Dei, qui sum est rerum omnium: Amplius dico, si fiducia in Deum non essent præditi, eam certe conciperent ex ipsa afflictionum, damnorum & delationum perpeffione, quæ deinde obtinente fiducia in illis gigneret ineffabile mentis gaudium tanquam virtutis huius nobilissimum partum. Enimverò fieri vix potest, ut quis longo tempore adversa multa in hoc mundo patiat, quin sentiat levamen aliquod & solatiū in malis; secus enim si fieret, violentū nimis foret ac prorsus intolerabile humanæ infirmitati: Proinde si sui cōpos est homo sic desertus à creaturis omnibus, ad creaturam omnium se convertet, imò Deus etiam attrahet eum ad se multò potentius divinis inspirationibus, quàm repellant à se creaturæ suæ persecutionibus. Ita fiet, ut quisquis eò angustiarum pervenerit, ut jam jam sibi succumbendum putet, postquā frustra opem impetravit creaturarum, totum se Deo tradat, nec in aliā re ullā sed in Deo solo fiduciam suam ponat, quæ animo concepta producit continuò in illo non levamen modò malorum quod quærebat, sed etiam lætitiā singularem omnines mundi delicias excedentem quam non

quærebat, quamque in afflictissimo illo suo statu ne sperare quidem audebat.

Quare Deus interdum per creaturæ affligat servos suos.

Hic Deus manifestat arcanum divinæ providentiæ suæ consilium, quo ita ordinat de observantissimis sui cultoribus ut eos non raro gravissimis persecutionibus maximisque tribulationibus exercendos tradat, quo melius præcisâ omni spe, solatio & oblectatione creaturarum rerum subtracta ad se attrahat, sibi que arctius conjunctos sincerissimo sui amore, ac purissimo impleat gaudio. Nam quamdiu se vident blandiente terrenarum rerum comitatu septos, fieri vix potest quin iis capiantur & fidant. Unde multum imminuitur fiducia, quam in solo Deo habere debebant. Et quantum ex istis voluptatibus & delectationis percipiunt, tantum perdunt cœlestium consolationum & gaudiorum, quæ in uno Deo amato reperissent. Sic olim testatus est Angelus qui B. Stephanam de Soncinno Ordinis S. Dominici docebat viam perfectionis *Qui cum uxore est*, inquit Apostolus 1. Cor. 7. *solicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & hæc cogitat quomodo placeat viro*, & ita divisi sunt, Deo duntaxat partem aliquam tribuentes ideoque

que nec integram in Deo habere fiduciam nec perfectum gaudium possunt. Quid facit Deus? Disiungit à se mutuò vel morte separans maritum à conjugē, vel sine morte mulier dimittit virum, vel hic prior divorcium facit, ut sic pars innocens quod perdidit diligendo mortalem, uberius inveniat in amore immortalis Dei. Nec satis est Deo subtrahere amicis suis inordinata solatia & oblectamenta, quæ præposterè capiunt ex rebus creatis; sed eos etiam privat honestis & licitis, ut sic liberi ab omni caduco amore Deum solum quærant, illi soli adhæreant tota mente & corpore, illi soli placere studeant, in eo solo delectentur & acquiescant. Quam altum potuit habere Deus rationem spoliandi innocentem Jobum bonis omnibus, quæ hic possidebat in terra præsertim cum ea & iustissimè possideret & sanctissimè impendebat in holocausta & sacrificia quotidiana, in viduarum, pupillorum atque egenorum subsidium. Quare ergo universis bonis quæ nec in meliorem manum cadere, nec à liberaliore utiliùs expendi poterant, exiit illum Deus? nisi ut sollicitudine & cura quam geritabat illarum, ac delectatione quam ex insuperiebat privatum, sincerissimo sui unius amore ditaret, induceretque ut suas spes omnes

atque cogitationes in se solo collocaret. Nam
et si sapienter sua bona administrabat, et si
moderabatur affectum & studiosè cavebat,
ne se nimium intricaret, aut inordinatè illis
adhæresceret, quamdiu tamen disponendi de
illis cura incumberebat, admodum difficile erat
non contrahere aliquam quotidie maculam
claudendam, non suscipere terrenam cogitatio-
nem, non admittere amorem proprium, vanā
complacentiam, aliamve imperfectionem
puro Dei amori contrariam & perfectæ fidu-
ciæ quam in divina habere providentia debe-
bat. Idcirco cum constituisset Deus augere
gaudium ejus, fiduciam atque amorem red-
dere puriorem, abstulit unico quasi momen-
to omnia quæ munificentissimè dederat, ut
his spoliatus ob quæ æstimabatur ab homi-
nibus beatus, in nulla re alia præterquam in
Deo poneret spem suam, amorem ac gaudiū,
videns aliud sibi superesse nihil quod ad sui
amorem invitaret. Et verò re ipsa ita factum
est, nunquam Job tam sincerè Deum amavit,
quam cum præter illum nihil possedit: nun-
quam tam perfectè lætatus est, quam cum ni-
hil habuit creatum, in quo sese vel spe vel
gaudio oblectaret.

Sed ulterius Deus progreditur, cum ami-
cos suos præ ceteris dilectos ab omni vult
imper-

imperfectorum scoria depurare. Nam
 privat solum bonis naturalibus & indifferen-
 tibus quæ ipsi recto eorum usu in ejus ob-
 quium summa cum laude præmioque digni
 æterno impendunt, verum non raro etiam
 eripit ea quæ sunt per se sancta & salutaria,
 velut est usus librorum asceticorum, fuit
 tas orationis, sacrarum lectionum, concen-
 numque & exomologesis instituenda: con-
 moditas, & personarum hujusmodi quarum
 consuetudo & societas videtur necessaria
 profectum spirituale, ut tantis destituti
 modis nullo fiduciæ genere, proinde nec ga-
 dii aut solatii ullius innituntur creaturis quæ
 cunque boni prætextu. Hanc ob causam
 Christus Dominus dixit olim discipulis suis
Expedi vobis ut ego vadam Ioan. 16. videlicet
 ut ad tempus visibili ejus præsentia care-
 & quam ex consuetudine quotidiana
 divino suo magistro capiebant voluptatem
 perderent, imò gauderent ex ejus inco-
 ascensu, tanto se bono privari, quod quidem
 desideratissimum & sanctissimum erat, imò
 divinum & summè colendum, quia tam
 humanum etiam erat ut alia, illique nimis
 inhærebant affectu & desiderio sensuali, tam-
 poterat plenum esse perfectumque eorum
 gaudium, ideoque necesse erat mortificari

sensus suos ut perficerent spiritum. Et verò paulo post gloriosum Christi in cælos abiit, declararunt ipsi admirandam mutationem. Nam qui prius fuerant timidi & pusillanimes, facti sunt fide & fiducia pleni: ex ambiosis evasere humiles, ex rudibus docti, ex tepidis ferventes spiritu, ex infirmis fortes & constantes. Ita in illis se divinus amor perfecit corroboravitque boni illius jactura quo quotidie ante oculos posito fruebantur, & gaudium eorum sic crevit in animis omnium ex privatione illius, quo sensus illorum oblectabantur ob familiarem sanctissimæ Christi Humanitatis præsentiam, ut ad augendum hoc, quo cumulabantur gaudium, se ultro non solum privarent sensuum illecebris ac delectatione, sed insatiabili quoque desiderio quærent cruciatus & tormenta quæ pro nomine Christi paterentur. Testis est illa B. Andreae vox quæ cum pervenisset ad locum, ubi crux sibi parata erat, plenus lætitiae cælestis exclamavit & dixit: ô bona crux diu desiderata & jam concupiscenti animo præparata, securus & gaudens venio ad te &c. Illi ipsi qui antea timebant ad vocem ancillæ, post intrepido animo tyrannos adeunt & ostendunt se non timere supplicia sed expetere, quorum prius vel umbram horruerant. Hu-

ju-

jusmodi mutationem inducit perfecta fiducia, hi sunt ejus partus, nimirum bonorum jactura temporalium tantam in animis nostris producit cælestium bonorum abundantiam.

§. VI.

Quorundam Sanctorum super hoc argumentum dicta notatu digna.

Simeon junior Vir Sanctus prior S. Marci Stii cognominatus Theologus oratione quam super hoc argumento habuit, præclarè ostendit miseria omnes & tribulationes quibus impetimur, nobilissimos esse divites erga nos bonitatis effectus; munitissima propugnacula quibus nos Deus contra hostes nostros tuetur: cornucopias esse bonorum quibus in nos effusit sibi obstrictos tenet. Nam non secus ac parens quispiam potentissimus ac ditissimus qui ardentissimo complecteretur amore unicum filium suum, non pateretur ut hic pro rebus necessariis aliam quempiam adiret quam se solum, nec ab alterius quam suâ manu quidquam reciperet, ideoque enixè rogaret amicos suos omnes quis filio suo daret vel cibum vel potum vel vestem, vel pileum vel calceamenta vel recreationem aliquam indulgeret & ludum.

sed potius malè tractaret domoque expelleret simul ac intrasset, ita ut ejusmodi filius ab omnibus exclusus cum nullibi vel refugium vel subsidium vel oblectationem ullam inveniret, nolens volens cogeretur ad amantissimum patrem recurrere, nec illum unquam desistere ut desiderio suo & cupiditati satisfaceret. Pari ratione subdit Vir sanctus tantoque Deus amore nostri incensus est, tam studiosus nostræ salutis & sollicitus pro nobis ut cui rei præterquam sibi soli adhærescimus, ut varias nobis misérias, infirmitates, desolationes, de industria immittat, omnique creaturas non modo impotentes ad præstandam opem, sed molestas etiam reddat & invisas atque ad augenda potius mala nostra cupiditas quàm ad levanda, quæ toleramus eo fine ut quo nobis afflictiones illæ & persecutiones graviores sunt & constantiores, hoc facilius celeriusque ad illum confugiamus, firmius ipsi inhæreamus æterna mentis unione conjuncti, nec ab ullo alio quàm à Deo solo dependeamus. Qui sanè favor omnium maximus est qui in hac vita possit homini præstari.

S. Franciscus Xaverius ab extremis orientis finibus, quos primus è Societate JESU Evangelii luce illustravit, de eodem argumento

mento ad Patres Collegii Goani datis e
Cangoximá literis scribit in hac sententia
„Lib. 3. ep. 5. Vel hoc nomine Deo plurimum
„debemus quod nos in has barbarorum res
„ras deduxit ubi nos ipsi penitus obliviscimur.
„mur. Nam cum Ethnicis veræ religionis
hostibus omnia teneantur, in quo sperare
beamus, præter Deum habemus neminem.
Etenim domi nostræ ubi Christi Dominus
ligio viget, nescio quomodo homines ipsi
res creatæ veluti parentum, patriæ, peregrinorum
amor amicorum, consuetudines, commodi
morborumque remedia, nobis ut sunt
impedimento sunt, quo minus spes omnium
nostras in uno Deo fixas & locatas habeamus.
Hic verò tam procul a domo atque a
ter barbaros, ubi nos omnia præsidia
diæque humana deficiunt, una Dei fiducia
tamur necesse est.

Idem scribens postquam maxime
piratarum tum tempestatum exantia
„ricula narrasset, hæc subdit: l. 2. ep. 3. Vnde
„noluit Deus nos perdere sed periculis
„dire ut usu docti intelligeremus quam
„mæ sint opes nostræ, quoribus aut nostris
„ribus aut præfidiis nitimur humanis.
„ubi senseris quam fallaces sint spes
humanis opibus omnino diffusus in illis

rum omnium moderatore qui unus pericu-
la ipsius causâ suscepta facile propulsare
potest, spem omnem posueris, tum verò
plane experiaris Dei imperio ac nutu om-
nia gubernari & quantumvis vitæ discri-
men præ cælestibus gaudiis, quæ in tali re
ac tempore divinitus impertiri solent, esse
contemnendum.

S. Stephanus de Mureto in libello senten-
tiarum seu rationum, scitè annotat, quare ex
rebus creatis molestiam nos capere Deus
permittat: Idcirco, inquit, amorem Deus in-
didit auro & argento ceterisque rebus terre-
nis ut suus amor inde carior meritique ma-
joris sit illum habiturus; nam si illarum non
attraheremur illecebris, has sine ulla difficul-
tate proindeque minori cū merito cōtemne-
remus pro amore Dei; tanto siquidem majus
est gaudium quod ex contemptu rerum de-
lectabilem Dei causâ percipimus, quantò
majus fuisset quod ex earum possessione re-
tentâ habuissimus.

P. Balthasar Alvarez Religiosus Societatis
[ESU] Vir raræ Sanctitatis, quam B. Terefiæ
Deus dignatus est revelare, testaturque ejus
vita per P. Ludovicum de Ponte scriptis man-
data: Hic Vir sanctus hac super re agens so-
lebat iis quos in vitæ perfectione dirigebat,

P

hujus

huiusmodi dare documenta vitæ c. 49. *Tu*
 Deum facite, ut semper vobis videatur
 dicus omnis, quem habetis, amor ut illum
 tradatis. Quod ut exactius præstetis, colligite
 totum illum, quem in creaturas dispersum
 habetis, non solum quando illæ parvi vos
 ciunt; sed etiam quando vos depereunt, ne
 videamini illas retinere quia vos illæ re-
 lunt, sed ob summam æstimationem & re-
 rentiam, qua Deum prosequimini; nec trahi-
 mini, quod eas deferatis: siquidem quod illi
 addicti essetis, id vos procul a Deo separaret
 postea experiemini nullam in eis causam
 se lætitiæ, nec nunc esse nisi in solo Deo.
 Quare expedit vobis non querere earum
 micitiam aut familiaritatem; imò sponte
 eis oblatam repellite: & sic commodum re-
 bis iudicabit, quod eam etiam querentibus
 denegent: tunc liberius ac plenius debita
 Deo amoris & obedientiæ tributum re-
 tis; vestrumque cor totum in eo ponetis, quia
 est totus thesaurus vester. Et eadem ratione
 iudicate: totum vestrum tempus modicum
 esse ut Deo illud tribuatis; cum dicat S. Au-
 gustinus perire illud tempus quod non in
 mando Deo expenditur. Et eadem ratione
 quidquid vobis libet, ac placet, cogitationes
 omnes, verba & opera, oculos, aures & membra
 quæ or-
 redder-
 moris
 de ipso
 ipsum
 mas pa-
 ubi fuit
 dentia
 est, quo
 ad crea-
 hoc in
 quia non
 desideri
 respond
 tua quie
 cum illu
 semper
 & cura
 capilli, q
 nent; a q
 illas sect
 in aliquo
 stabili
 planè de
 capius in
 capite h
 nostram
 quimur

qua omnia expendite in hoc tributo Domino reddendo. Ad hunc perfectionis gradum amoris dicit multum sibi contulisse quod sua de ipsis creaturis deceptionem deposuerit, se ipsum ita alloquens: Agnosce quomodo Deus tuas partes agat: gravis ac difficilis conflictus tibi fuisset, si pro voto tibi evenisset. Providentia Dei magnaeque misericordia erga te est, quod creaturae te à se repellant, & mittant ad creatorem, facientes quod ipse jubet, & hoc (inquit) tribus modis praestant. Primus, quia non satisfaciunt, nec cum possidentur, desiderium tuum satiant. Sicut S. Augustino respondebant: Non ego sum Deus tuus, nec tua quies & solatium. Secundus quod modicum illud bonum ac dulce, quod habent, non semper tibi communicent, sed pro suo libitu & cura tot mutationibus atque sunt in capite capilli, quia nunquam in eodem statu permanent; a quibus omnibus dependere debet qui illas sectabitur. Tertius est quod statim atque in aliquo alio tantillum boni utilis aut delectabilis plus quam in nobis inveniunt, nos plane deserant, & quamvis hanc veritatem saepius in nobis experti simus quam pilos in capite habeamus; nunquam tamen stultitiam nostram agnovimus qua ipsas creaturas sequimur, creatoris obliti. Ex quo provenit ut

neque Creatorem esuriamus neque creari
 satiemur. Illud est ergo remedium, ut illa
 praeveniamus, inde incipientes, ubi illa des-
 nunt, statim illas deferentes, ne vel tempo-
 cum eis amittamus, & ad Creatorem re-
 seunt, in quo requiem, pacem & salutem
 inveniemus cum aeterna stabilitate quomodo
 mo possit mutare aut impedire. Quid que-
 tius eo qui nihil desiderat? Et quid eo dicitur
 qui res omnes huius mundi magnas & splen-
 dentes tamquam superfluas reputat? Habet
 Deum; & nihil vobis deerit. Et cap. 21. ad-
 git: Cui Deus oculos aperit ad discernendum
 quantum bonum in ipso habeat; etiam aper-
 rit, ut eodem lumine videat quantum vult
 & aestimari debeant omnia poenalia & adre-
 sa quae velut quaedam Dei studia & faveas
 in se reputabit, & quidem eo majores quoniam
 graviores sunt. Quod verò ad illum ipsum po-
 stat, portabat, ut dicere solitus, Christum re-
 cifixum in corde suo cum tribus eius fide-
 bus comitibus: paupertate contemptu, ac co-
 lore, magnas reputans divitias, honorem
 delicias hunc amabilem & pretiosum deum
 sui JESU comitatum. Sic sentiebat, sic
 quebatur vir verè sanctus praefere huius
 tribulationes quibuscunque mundi de-
 cius, recteque judicans & declarans inter-

animi lætitiā tanto esse maiorem, quanto est remotior ab omni eo quod Deus non est. Sed præterea non est dissimulandum, quod interdum Deus ipse videatur subtrahere se amicis suis postquam hi in ipso omnem spem suam & fiduciam defixerunt adeo ut non sufficiat Deo privare illos omni creaturarum opē & solatio, sed seipso quodammodo eos privat. Myſterium hoc notum est in vita ſpirituāli provectis, quod breviter hic declarabo ut ostendam gaudium eorum qui confidunt in Deo etiam tunc cum videtur ab iis longius recessisse, multis modis excedere quamcunque mundi amatorum, quamvis summā perfrui videantur, voluptatem.

§. VII.

Deus se subtrahit Sanctis ut eos probe.

Propheta regius non sine causā in psalmis suis precatur Deum: *Neme derelinquas usquequaque*, Psal. 118. Sciebat nimirum a Deo amari neminem qui paratus non sit, ut derelinquatur interdum ab illo ad probandā ipsi suam & constantiam & fidelitatem debitam, testandumque quod non tam propter solarium suum & commodum Deo serviat, quam ob infinitam ejus dignitatem sincerūque ipsi serviendi desiderium. Sic integerrima

Virgo Gertrudis diebus undecim
 continua in desolatione quam exilium
 nominabat, mansit, cum alias nunquam
 rit Dei præsentiā ab anno ætatis quinto
 tuta quo primum rationis usum adeptæ
 giosum in Monasterio institutum
 Deo deinceps servivit usque ad finem
 suæ. Sic Catharina Senensis admiranda
 Sanctitatis amantissimè querebatur
 sponso solitudinem suam & desolationem
 qua ab illo derelicta videbatur. Sic ipsa
 ctissima Virgo Virginum Dei Mater Filio
 dilectissimo suum contestata dolorem,
 ex ejus absentia cæpisset, objiciebat: *Foris
 facisti nobis sic?* Luc. 2. Immo ipse Deus
 nunquid queritur se à Patre suo caelesti in-
 tremis destitutum doloribus: *Deus
 meus, ut quid dereliquisti me?* Psal. 21. Ha-
 men derelictiones nec noxiæ sunt nec pen-
 losæ, his ipsi sancti assueti sunt; & probe
 verunt paterni Dei erga se amoris signa
 tius esse quàm malevolæ effectus volumi-
 Videtur Deus illis se subducere, ut maiori
 sollicitudine & desiderio ab iis requiratur
 detur illorum oblivisci ut tentet eorum
 nanimitatem: corroboret fiduciam, aug-
 merita. Paululum nos derelinquit ait S. Cor-
 sostomus, ut ita castigati ad ipsam studeremus

recutramus. Gerson Cancellarius Parisiensis:
Deus, inquit morem servat matris filiolum
suum amore tenerimo prosequentis, hæc se
occultat interdum, nunquam tamen ita ut il-
lum non habeat præ oculis, complacet sibi
quod ab eo quærat, ut ab illo inventa dili-
gatur impensius & ipsa rudentem in amplexus
stringat tenerius, & osculetur suavius, post-
quam ejus probavit & experta est in quæren-
do diligentiam.

§. VIII.

urbamemoratu digna S. Stephani de Mureto.

S. Stephanus de Mureto Vir eximie illumina-
tus & dilectus à Deo in suo sententiarum
libello, ait nunquam animam Sanctam Deo
esse propinquiorem quàm cum se putat ab eo
remotiorem ob molestias tentationum quas
patitur; nam nisi illi Deus intimè præsens
adesset quàm se virtute posset contra hostiles
assultus, quibus impetitur defendere? Ipse est
qui custodit, qui roborat, qui pro gladio illi
est & scuto, ipse inhabitat cor dilectum ut ab
ejus ingressu arceat inimicum. Hoc ipsum re-
velavit aliquando Deus cuidam personæ
sanctæ quæ cum se derelictam putaret à Deo
propterea quod dæmon oculis suis objiceret
abominandas rerum species quibus resistere
nullo

nullo modo poterat; paulò post adfuit celestis protector rogans eam num in iis sibi complacuisse; cui illa: absit, Domine IESU, sit, non tantum non complacui mihi, sed quum potui repuli ab animo atque detestatus sum. Ego verò, subiecit Salvator, assistens tibi eum excitabam horrorem in corde tuo: ego pugnabam tecum: ego tecum repellentibus istos tuorum hostium impios conatus, & delectabar videre te ope gratiæ meæ triumphantem de cunctis insidiis illorum acque insultibus, nunquam aliàs tam prope assistens nec magis præsto fui quam id temporis. Bernardus scit è ac eleganter adnotat. Stephanus de Mureto, de quo supra, adiungit duas comparationes quibus declarat magnitudinem gaudii quo fideles animæ in huiusmodi desolationibus perfruuntur. Hec matrona domi suæ sola ab impuro homine sollicitata, si viriliter pudicitiam suam tuetur, ex illo certamine victrix multò plus voluptatis percipit & marito suo domum reverso affert, quàm si non fuisset sola relicta vel nemo illam aggressus. Milites qui insistentiâ Capitanei sui arcem fortiter propugnauerunt, coëgeruntque multo cum dedecore hostes abscedere, maiorem mercedem laudemque plurisque fiunt à Capitaneo suo, cui etiam

cut & sibi metipsis longe excellentiore modo
satisfaciunt, quàm si ipse fuisset præsens & il-
li ad ejus imperium voluntatemque & ductū
in hostem missi pugnassent; ita Dei servus qui
generosè pugnat & vafros inimicorum suo-
rum conatus fortiter infringit eo præsertim
tempore quo derelictus videtur à Deo, glo-
riosiorem sibi reportat victoriam & Deo gra-
tiosorem, quàm si gratiosam ejus fuisset exper-
tus præsentiā. Idem vir Sanctus aliā hoc ip-
sum similitudine explicat: Deus, inquit, ita se
gerit erga eos quos amat, quemadmodum
pater aliquis erga filium suum, quem unice
diligat, huic interdum pomum dat, quod mox
eripit, absconditque ut filius illud ardentius
requirat & cum lacrymis reperat; postquam
verò aliquandiu ejus patientiam exercuit,
reddat ei pomum amplectens illum atque
deosculans multo suavius quam antè fecisset.
Facile patitur illum tristari aliquantulum,
cum in eo nec periculum sit, & cum voluerit,
possit eum omni tristitiā liberare; neque ta-
mē hoc ei facit, ut illum affligat, hoc enim pa-
ternus amor non finit, sed potius ut suum illi
declaret affectum, tantoque plus gaudii ex-
hibeat & recreationis, quanto plus molestiæ
& doloris videbatur ab ipso antea cœpisse.
Hujusmodi considerationibus occupant se

ac consolantur qui in Deo fiduciam habere repositam, constituti in suis etiam spiritibus de solationibus quæ sane omnibus, qui mundi amatores ex deliciis carnalibus capere possunt, voluptatibus præferendæ sunt.

Sed jam tempus est declarandi differentias & proprietates quas hactenus verbo duntaxat indicatas quasi intento digito demonstravimus.

§. IX.

Gaudium amatorum mundi fucatum est.

SI mundum audias, non alios dices delicias affluere & gaudiis quàm impios; eos vero qui Deo serviunt ad perpetuam esse damnatos tristitiam; si verò sacras inspexeris litteras, contrarium discas, nimirum solis qui Deo serviunt concedi vera gaudia, negari alius omnibus; renuntiassè mundi divitiis & voluptatibus et omnis spes in solo Deo ponatur, præteresse perennem sinceræ lætitiæ fontem accigisse. Hæc dico quæ videntur discrepare, quomodo conciliari possint, videndum est. Lætantur impii: quis neget? ipsa quippe veritas quæ se eorum loquendi modo accommodat lætitiæ illis materiam parit; sanctos vero tristitia afficit, sed horum tristitia verum gaudium non impedit; illorum autem fucatum est.

est gaudium adumbrataque lætitia, aut ve-
 rius, æternæ tristitiæ initium. Fictum est gau-
 dium quod interiorem mentis carnificinam
 falsâ specie contegit, quemadmodum Æ-
 gyptii serpentes & crocodilos pretiosis invol-
 vebant conopæis, & Judæi foetentia cadavera
 sepulchris ornabant dealbatis. Sic aurea folia
 fanum vestiunt & lutum, frondes virentes fi-
 meta & poma Gomorrhæi agri speciosis co-
 loribus illudunt oculis, nam compressa ma-
 nibus evanescunt in cineres. Fasciam solve,
 inquit Seneca, multum mali sub illa latet.
 Detrahe mundanis larvam jocantis histrio-
 nis, videbis intus edaces curas, vellicantes ti-
 mores & tristitias præcordia depascentes ma-
 jore eum horrore quàm si detractis f. sciis ob-
 liciatur tibi caput scabiosum aut putens cloa-
 ca revulsis herbis & floribus quibus obtege-
 batur. Adeo ut, quod de eorum pace dixi-
 mus, quæ non est nisi pacis simulachrum, idẽ
 verissimè de gaudio eorum dicere possimus.
 Dicunt: *Pax, pax, sed non est pax impiis.* Hui. 59.
 aut ut 70. legunt, *non est gaudere impiis.* Ju-
 cundos illi quidem se atque lætos exhibent
 sed ratione atque experienciâ constat non in-
 esse veram impiis lætitiâ, ejus quandam in
 fronte speciem gerunt & in extremis labiis,
 sed hæc sedes est fuci ac cerussæ quàm levis

ventus discutit, ita momento tollitur fuc-
corum gaudium, qui confidunt in vanitate
& exultant in rebus fallacibus.

§. X.

*Qui sperant in Deo, eumque possident, vnum
habent gaudium.*

AT bonorum gaudium & eorum qui spe-
rant in Deo præcipue internum est, & in
medio cordis velut tutissimo loco sedem ha-
git stabilem quo nihil, nisi ipsi velint, pen-
trare potest quod obtentam mentis tranquillita-
tem perturbet. Occultus thesaurus etiam
expositus rapinæ: Manna est absconditum,
quod nemo novit, nisi qui gustat, & nemo
gustat nisi qui divinæ confidit bonitatis
providentiæ. Hinc mundus qui iudicat so-
lum de exterioribus lætitiā illam appetit
tristitiā, Deus verò qui inspicit corda & in-
teriora pervidet recte lætitiā nominat, &
verissimum quidem, in cuius comparatione
voluptates ceteræ & gaudia, mæstitiæ meræ
sunt & ærumnæ ex sententiâ. Bernardi Gau-
dium illud iustorum divino, ut diximus, in-
millimum est, miraculosum est quod eas
molestissimæ tribulationes possunt labo-
rætare, quin potius augent illud atque am-
plicant, velut situla aquæ infusæ in ardentem
rogi, hunc non extinguit sed accendit.

plius, Gaudium est adeo securum ut ab ijs
qui possident, perdi non possit nisi ipsi velint:
nec tyrannus ullus nec carnifex, nec homi-
num, nec Angelorum quisquam, nec dæmo-
nes omnes possunt illud habenti eripere jux-
ta ipsius Veritatis testimonium. *Et gaudium
vstrum nemo tollet à vobis.* Joan. 16. & Luc.
10. *Maria optimam partem elegit, quæ non au-
feretur ab ea.* Nam sicut in solo Deo funda-
tum est qui derelinquit neminem nisi à quo
prius fuerit derelictus, ita integrum semper
inviolatumque manet pro natura ejus qui il-
lud animo inspiravit. Sic olim vir quidam
sanctus interrogatus: quomodo posset quis
semper gaudere, semper sibi similis tranquil-
litatem mentis retinere nullaque affici rei
perturbatione respondit. Unde possum con-
tristari habens in me Deum? & cur non lætor
sciens à nemine eripi mihi posse causam læ-
titiæ meæ quæ est tota de Deo & tota in Deo
solo? Denique ob hoc gaudium, desipit nobis
quidquid Deus non est, in quo jam tum et-
iam in hac valle lachrymarum degustamus
paradisi delicias. Proinde nullus dubito quin
momentum unicum hujusmodi gaudij præ-
ferendum sit infinitis, ut ita dicam, mundi
gaudiis, sicut una de Deo cognitio melior
est omnibus rerum creaturarum cognitioni-

bus, ut habet Aristoteles, & unica gumi
balsami pretiosior est oceano facium, & co-
put unum Salmonis carius est sexcentis
narum, ut dixisse fertur Dux Albanus.

§. XI.

Illustria huius veritatis testimonia.

Quod si modica huius mirifici gaudi
participatio excedit omnes mundi de-
cias, quanti erit plena & perfecta eius fru-
ctus. Quam delectabiles illius letitiae thesauri
quos promittit Deus confidentibus in se, te-
ste Ecclesiastico, *jucunditatem & exultationem thesaurizabit super eum*. P. Baptista Soc-
cius concionator celebris è Societate ESU-
cum quadam die rationem conscientiae
redderet P. Balthasari Alvarez superiori illi
confessus est illi quod si quidquid ubique
Deo creatum est jucundum ac delectabile
congereretur in unum, perpetuumque frui
nolle se totum hoc permutare cum unius ho-
rae quadrantis voluptate quam ex Deo cape-
ret. Alius quidam solebat dicere, quod con-
solationes quas Deo donante percipiebat et
unico sacrae synaxeos refectioe, praeter
omnibus quas homines universi ex creatu-
re creaturarum usu simul capere possent volup-
tatibus. Deus bone quis cogitatione compre-
hendat, nedum verbo explicet ingens gau-
dium, quo cumulatur anima quae te possidet

& præter te nihil possidet? Cœlestis Sponsa
 quæ affluebat tota divinis delicijs magno-
 pere cupit in sacro cantico eas nobis declara-
 re, sed sanè ijs utitur verbis, ex quibus non
 satis claram hauriamus notitiam ut verba
 ipsi, quibus suam gratiarum abundantiam
 explicet, defuisse videantur. *Introduxit me*
Rex, ait, in cellam vinariam: exultabimus &
gaudiamur in te: memores uberum tuorum.
 Cant. 1. Per hoc quod dicit, *Introduxit me Rex*
 significare vult aliquid, quod exprimere satis
 nequeat. Et Deus ipse alloquens fidelem ser-
 vum simili phrasi, invitat illum ad degustan-
 da vera gaudia: *Intra in gaudium Domini tui,*
 Matth. 25. Quasi dicat: Quia mei causa renun-
 tiasti mundi voluptatibus & privasti te sen-
 suum oblationibus, volo in posterum
 gaudijs affluas Angelorum, imò eodem per-
 fruaris gaudio, quo ego perfruor, iisdem mo-
 tivis, iisdem affectibus gaudeas, quibus ego
 metipse. Quoniam verò gaudium meum in-
 comprehensibile est & non intrat in hominē
 ut comprehensum ab homine, (quomodo
 loquitur Cajetanus in hunc locum) volo ut
 tu intres in illud gaudium, ut ab ejus uberta-
 te non inebrieris modo, sed etiam velut o-
 ceano deliciarum cœlestium immenso totus
 absorbearis: *Intra in gaudium Domini tui.*
 NQA

Non sic sponsa immersa mari, non sic avis
 aëre, non sic igne candens ferrum in fornace
 succensa replentur aut ambiuntur, quemad-
 modum ego meis te implere gaudijs & cū-
 mulare constitui. Hac ratione agit Deus &
 alloquitur fideles suos amicos qui extra Deū
 nihil quærunt: sic consolatur eos qui in suis
 afflictionibus in ipso solo confidunt, qui
 consolationes omnes præterquam ab ipso
 profectas rejiciunt dicentes cum Davide: *Re-
 nuit consolari anima mea: memor fui Dei &
 delectatus sum* psal. 76. S. Augustinus expli-
 cans psalmum 36. hoc argumentum præcla-
 rissimè omnino & disertissime tractat, adeo
 ut S. Fulgentius cū aliquando ad apertu-
 ram libri in eum locum incidisset, sensit se il-
 licò, ut in ejus vitâ narratur, ardentissimo in-
 flammari desiderio institutum vitæ suæ cō-
 mutandi. Quare è vestigio contulit se ad Mo-
 nasterium vitæque religiosæ vota quæ ad eū
 diem secreta servaverat, publicè professus est
 Et sanè duri atque obstinati cordis sit, neces-
 se est, qui lecto tam singulari devotionis sen-
 su non moveatur. Videtur enim sanctissimus
 Doctor quasi exhibere oculis nostris lucidif-
 simas faces quibus in Dei cognitionem mi-
 rabiliter illuminet intellectum & accendat
 voluntatem ad ferventissimum ejusdem a-

morem

morem. Sic ergo loquitur, sed ex ungue leonem. Homines voluptatem capiunt ex divitijs, ex honoribus, ex cupiditatibus suis pro voto adimpletis; hic accensis delectatur odoribus, ille quotidianis convivijs, iste risibus & jocis. Unusquisque naturæ suæ impetum sequitur ut suis satisfaciat cupiditatibus quæ non minus inter se discrepant quam homines ipsi inter se dissimiles sunt facie; ætate, ingenio, indole & corporis constitutione. Sed si mihi credas, inquit, docebo te modum quo hominum omnium cupiditates expleas & unus perfectissimè possideas sine labore voluptates omnes quas cæteri assiduis studiis quærunt, non acquirunt, optant, nunquam obtinent quin multa semper & præcipua desint. Verbo dicam: Mundum mundo relinque & elige tibi solum Deum, quem semel si tenueris, veram in illo invenies quietem, salutem, felicitatem, voluptatē, delicias, gaudia, divitias, vitam & quæcunque desiderare potes & optare. Longè aliud est possidere Deum, ac res creatas, hæ sicut naturæ & essentia finitæ sunt ita proprietates & perfectiones finitas habent & limitates. Aurum quod est, non potest tibi esse argentum: quod vinum est non potest tibi esse panis: quod tibi lux est non potest esse potus; Deus tuus totum tibi erit

erit. Manducabis eum, ne esurias: bibes eum, ne sitias: illuminaberis ab eo ne sis caecus, fulcietis ab eo ne deficias, possidebit te integrum totus integer, Ipse solus potest liberalissimè suppeditare tibi necessaria, vel ab omni necessitate vitae sustentata mirabiliter eximere, sicut exemit complures qui multis annis in solitudinibus locis desertis sanctissimè vixerunt, nec famem, ne sitim nec frigus nec aestum nec ulla aetatis corporis incommoda passi; vel certe ministerio Angelorum, aut volucrum providentia, ubi potest, sicut providit olim Propheta Elias Paulo primo Eremitae incolae aliisque innumeris; vel denique singulari sua providentia qua nihil permittit deesse ijs qui in ipso confidunt, etiam tunc cum videntur omnia deficere; potest facere, ut res necessariae velut in manibus ortae tibi proveniant. Hoc ipsum contempniti sunt discipuli Christi Domini, quos in diversa mitteret loca sine viatico, sine baculo, sine pera, sine calceamentis, non tantum mendicantium more, sed perinde ac si videret illos in rerum omnium penuria, qui tamen in reditu ab eo interrogati: *quid aliquid defuit vobis? dixerunt nihil.*

§. XII.

Probatur vanum esse mundanorum gaudium.

¶ Sed redeamus eò, unde eramus digressi, & dicamus cum S. Chrysostomo. magna vanitas est aestimare in co- sitas esse veras delicias in quo eas mundus statuit nimirum in corruptibilibus terræ bonis: magna vanitas est quærere extra Deum, quod nusquam est gentium nisi in solo Deo. Gaudium & beatitudo, inquit S. Augustinus res optimæ sunt, sed oportet quærere, ubi sunt. Quærite quod quæritis. Sed nolite quærere ubi quæritis. Quomodo ibi esse potest verum gaudium. ubi non est gaudium? Quomodo vita beata, ubi nec vita? Si vera voluptas esse potest in dignitatibus & divitijs mundi, non videremus ad amplissimos honorum gradus promotos, gravissimis ruinis & funestissimis casibus subjectos. Non videremus Reges terræ versari in perpetuis periculis & metu omnia perdendi & incidendi in statum hominū miserrimum. Si divitiæ afferunt delectationes & delicias vitæ nostræ, cur eas Dei Filius spinis comparavit? Si vires corporis & firma valetudo nobis gaudio esse possunt, cur inveniuntur homines qui sano ac robusto in corpore angores patiuntur & dolores amarissimos

mos? Cum contra sint alij, qui in debili
 infirmo dulcissimis affluant consolationibus
 & sincerissimis gaudijs. Non igitur in pos-
 sione terrenarum rerum fundanda est fiducia
 nostra aut in illis collocandum est gaudium
 nostrum. Nam (præterquam quod valde im-
 perfectæ sunt et multis obnoxia defectibus
 cum præcipua conditio ad integritatem
 gaudij spectans sit firmitas stabilitasque eius
 quæ carent res fluxæ & caducæ, quo modo
 nobis conferre possunt quo sunt ipsæ de-
 tutæ? In solo Deo invenitur qui est ipsa im-
 mutabilitas & immobilitas; hujc uni immittit
 in illo & cum illo, qui est summum bonum
 nostrum, gaudere atque exultare oportet. Sa-
 cerdos stans in gradu infimo altaris ante
 Sacrificium Missæ inchoet ad seipsum con-
 versus ait: *Quare tristis es anima & quare
 turbas me, dum affligunt me inimici?* cum re-
 pondente ministro: *Spera in Deo,* contra
 subjungit lætum laudis versiculum: *Gloria
 Patri & Filio & Spiritui sancto,* Perinde ac si
 tribus istis verbis excitatus invenisset ver-
 lætitiæ fontem atque unicum tristitiæ
 remedium, Nunquam serviam Domino, pa-
 mori possit, dicebat B. Franciscus Borgius
 quam spem meam & fiduciam ponam in
 quæ mihi eripi possit invito. *Exibit spiritus*

revertetur in terram suam, in illa de-
 scribunt omnes cogitationes eorum. Hoc quo-
 tidie accidit hominibus qui fidunt in homi-
 nibus & qui nec alia gaudia, nec spes alias ha-
 bent nisi quas à creatis rebus participant: ho-
 mines, quia mortales sunt, moriuntur, res
 quia fluxæ sunt, pereunt & deficiunt, eodem
 momento pereunt cum ipsis pariter & gau-
 dia ex illis percepta, spes evanescent, hono-
 res occidunt, delectationes omnes commo-
 ventur; ipsi verò summopere afflicti desola-
 tique manent superstitites.

§. XIII.

*Comparationes super hoc argumento
 eximia.*

Sapiens appositissimè in hanc rem compa-
 rat huiusmodi homines Lunæ; sic enima
 nunquam in eodem statu permanent, sed
 mutantur in dies ut luna quæ quot mensibus
 lumen suum instaurat, auget, sensimque de-
 perdit iterum, donec totum amittat, ita *stul-
 ti sicut luna mutantur*. Talis autem est, quis-
 quis creaturis inhæret & fidit, hic siquidem
 nunquam idem permanet; hodie lætatur,
 crescitque subinde capta lætitia; ubi summa
 videtur, decrevit paulatimque minuitur, mox
 inclinat ad interitum, denique subito tota pe-

rit atque evanescit, extinctumque manet
 ne gaudium æternis tenebris sepultum.
homo sanctus in sapientia manet sicut Sol Ec-
cles. 27. Hic multis subjectus mutationibus
 idem semper perseverat, lumenque suum
 tinet integrum ac cōstans tam in ortu & me-
 ridie quàm occasu, tam hieme quam æstate
 sive diurno circuitu longos sive breves, im-
 mediocres dies describat, Insignis typus an-
 mæ quæ soli adhæret Deo quocunque in-
 tu versetur tam adversæ quàm prosperæ ve-
 letudinis: tam honoris quàm ignominie. Non
 timet ne voluptate solita & suo gaudio per-
 vetur, quia delectatur in eo qui est immu-
 bilis, qui sui semper similis, semper æquus
 suavis, æquè sanctus, æquè gratus, æquè po-
 tens, æquè misericors. Vis habere gaudium
 sempiternum, ait S. Augustinus, adhære illi
 qui sempiternus est. Cum Deus mitteret Mo-
 ysen ad liberandum populum Israeliticum
 ex servitute Ægyptiaca, quærenti illi nomen
 ejus respondit: *Ego sum qui sum.* Exod. 3. 14.
 significaret se non esse mortalem, sicut
 Josepho aliisque Patriarchis, quorum domi-
 viverent, præsidium opemque populus
 expertus, sed post mortem eorum in miseria
 ac ærumnis relictus. Ille verò qui est, signifi-
 cabat hoc nomine posse se afflictis semper

opitulari, unde tandem magnam concepere
fiduciam & consolationem. Proinde recte o-
minò hortatur nos Apostolus, *ut gaudea-*
mus in Domino semper. quandoquidem cum
illo tristitia esse non potest, & sine illo nul-
la lætitia.

§. XIV.

*Multum differunt pati pro Deo & pati pro
mundo.*

Augustinus explicans illum Apostoli lo-
cum ad Rom. 8. *Propter te mortifica-*
mur tota die. proprium est, inquit, latronum
pati & mortificari absolute, sed pati & mor-
tificari propter Deum, proprium est filiorum
Dei, hoc est quod proprie dicimus, portare
crucem JESU Christi, id est, ejus exemplo
quæcunque nobis adversa accidunt, de ma-
nu Patris nostri cœlestis libenter suscipere,
contentum esse, ut sanctissima ejus in nobis
voluntas semper impleatur, laudare illum
atque extollere, in tribulationibus nostris or-
dinem sequendo divinæ Providentiæ. Qui a-
lii patiuntur, crucem ferunt latronum, non
JESU Christi; ideoque semper inquieti sunt,
obmurmurant, impatientes fiunt, nonnun-
quam ex afflictionum gravitate in despera-
tionem & insaniam incidunt. Crux vero JE-
SU

SU Christi non cruciat sed delectat, non onerat, sed subleuat portantes, sicut alae aves, & vela naves. In tantum, inquit Thomas de lapidis l. 2. c. 12. de imit. confortantur ex afflictione tribulationis & afflictionis ob amorem conformitatis Crucis Christi ut sine tribulatione & dolore esse non vellent. O intolerabilis diversitas exemptum esse à perpeffione aduersitatum! ô molestâ Crux, exclamabat S. Franciscus Xaverius, non portare crucem Iesu Christi! B. Joannes de Cruce primus Cameracensis Discalceatus, rogatus aliquando à Dominico quid potissimum ab se peteret. Dominicus respondit vir sanctus, (id quod de S. Thoma etiam narratur) aut pati, aut mori pro te. Non enim videtur mihi tulla mors tam amara, quàm vivere & non pati, nec quidquam tolerabilius, quàm pati pro quocunque adoperari, tuius quàm pro te. S. Andreas Apostolus crucis erat crucis amore incensus & Iesu Christi, ut à longè præparatam sibi crucem accipiens, non se posset continere quin in huiusmodi lætitiæ plenam exultabundam erumperet. O bona Crux diu desiderata, sollicitè amata, sine intermissione quæsita, & aliquando impienti animo præparata suscipe me ab huiusmodi tribulationibus, & redde me Magistro meo! Veritas Sanctissime Apostole quid quæso est in Cruce?

etat, non con-
 ut alae aves,
 homas deli-
 tur ex affec-
 amorem con-
 e tribulatione
 tolerabilis
 fione adve-
 nabat S. Fran-
 rucem JESU
 imus Cam-
 quando a Deo
 Domine, re-
 de S. Thoma-
 ori pro te. Ne-
 s tam ama-
 uidquam in-
 unque ab op-
 postolus re-
 & JESU Ch-
 cruce[m] ap-
 quin in his vo-
 us erumpen-
 allicite am-
 aliquando
 e me ab hunc
 eo! Verum
 afo est in Cr-

et tam desiderabile, tamque amabile? Nonne
 infame Crucis supplicium parricidis paratur
 aque incendiarijs? Nonne quicumque illud
 subit, maximis exponitur opprobriis & æter-
 æ infamiae? Nonne in illo & sanguis omnis
 profunditur & membra lacerantur & totum
 corpus diuturnis gravissimisque doloribus
 excruciat? Quid te ergo tantopere delectat
 in cruce subeundo supplicio? Quid me dele-
 ctet in cruce, rogas, subjungit Beatus Apo-
 stolus, Nunquid jam dixi? Num nescis sacra-
 tissimum Domini mei JESU Christi corpus
 illi affixum? Num nescis illud esse altare in
 quo Agnus immaculatus oblatu[m] est in holo-
 caustum? sanctam esse arborem quæ protulit
 fructus vitæ: Thronum esse Regis gloriæ, re-
 fugium afflictorum, clavem paradisi, tro-
 phæum victoriarum, quas Redemptor noster
 reportavit de inimicis nostris gloriose trium-
 phans? Video quidem Crucem esse ignomi-
 niosam & probrosam; sed non vides etiam
 opprobrium Filij Dei modò præferendum es-
 se omni gloriæ mundi? Et sanè permissum e-
 rit matri amare in liberis suis contractas ma-
 culas & sordes: Aristotelis discipulis imitari
 gibbum Magistri sui: Paganis licebit pauper-
 tem colere; Diogenem enim celebrem
 Philosophum eam profiteri non puduit; mi-

Q

hi

hi verò vertetur vitio amare crucem Domini mei atque Salvatoris, & illius gaudere obprobrijs? Sed noli mihi amplius crucem imminare ignominiosam, & parricidarum lapalicium, objectum maledictionibus Deique hominum. Hujusmodi ignominie glorificate sunt, cruciatus omnes in delicias versi, quod prius scandalum erat, nunc cum sancto consecratum est: stultitia mutata sapientiam sacro attactu pretiosi Corporis Domini mei JESU Christi; qui maledictiones vertit in benedictiones: contemptum honores, execrationes in venerationem, quo mortem invenerat, nobis vitam reliquit. Sic sentiebat, sic loquebatur dignus tantum obprobrio discipulus, majore Crucis contumelia & tormentorum amore succensus quamquam Epicurei aut Sardanapali delicias aut voluptatum carnalium. Alius Apostolus inquit S Chrysostomus, epistolam quandam suam ad Philemonem scriptam sic incipit: *Paulus vinculus IESU Christi & Timotheus Frater.* O magnificum & illustre encomium exclamat idem aurei oris Doctor, non quod ob prolatos imperij fines & partas bello provincias, sed ob catenas & carcerem pro nomine JESU acquisitum! Habebat sane vultu le Apostolicus & divinus prerogativas

tas & singulares quibus inter principes illius
ævi viros celeberrimus eminebat: potuisset
Apostolicæ dignitatis excellentiam varijs ti-
tulis amplificare, nominando se vas electio-
nis, hospitem Paradisi, intimum Dei amicum
Spiritus sancti discipulum, Angelorum con-
discipulum. Sed neglectis hisce speciosis no-
minibus & verborum pompis, carceris dun-
taxat sui & vinculorum fecit mentionem, ut-
pote quæ pluris æstimabat. Aliunde etiam
considerabat gloriam suam splendescere
magis in tenebris captivitatis quàm in luce
eiusmodi encomiorum. Nam si rectè perpen-
damus illa dignitatis suæ ornamenta habe-
bat ut collata sibi gratis ad quæ præter volū-
tatis approbantis consensum nihil contulerat
gloriam verò, quam ex catenis pro honore
Domini sui JESU Christi alligatus referebat
toram reputabat suam. Et quamvis ad patien-
dum confirmaretur peculiari Dei adjutorio,
omnis tamen tolerantia asperitas in ejus ani-
mam corpusque redundabat. Sane quicunq;
ardenti quæpiam amore prosequuntur, si-
cut hic sanctissimus Apostolus ardentissimo
Dominum suum diligebat, multoque mayo-
re quàm seipsum, longeque excellentiore
quàm res quascunque amabiles; hujusmodi
inquam non tantum æstimant, neque ita sibi

complacent in honoribus atque oblectamen-
 nibus quibus amicorum suorum benevolen-
 tia & liberalitate afficiuntur, quanti faci-
 oblatas occasiones probandi animi sui mag-
 nitudinem in propulsandis ab eis quorum
 cumque hostium injurijs, declarandique co-
 stantiam suam in sustinendis eorum gra-
 vibus te devoverunt, adversis casibus, per-
 culis & laboribus. Quod si tam jucundum est
 & suave pati pro homine quem amas, quan-
 to erit delectabilius animæ amanti Deum
 pati Dei amore & causâ, eumque glorificare
 in tolerantia malorum. Quanta est dignitas
 quamque ingens solatium a Deo eligi re-
 currum triumphalem divinæ gloriæ quo no-
 mine Jobum illustre patientiæ exemplum
 Tertullianus appellat. *Brev. Rom. 18.*
 Nunquam tam jucundè epulati sumus, quan-
 tùm hæc Christi causâ libenter perferimus, ex-
 mabant in acerbissimis positi tormentis pro
 fide JESU Christi sancti Martyres Marcellus
 Marcellinus. O mi suavissime JESU dicere
 S. Gertrudis, quàm magno mihi gaudio est
 si videam tuam in me voluntatem perficere
 compleri, & sanctissimi nominis tui gloriam
 crescere ex injuriâ omnium membrorum
 mille in partes lacerati corporis mei omni-
 que generis injurijs & cruciatibus exponi.

Sur 24, Jan. ex S. Chrys. Inviētissimus Mar-
tyr Babylas tantam sentiebat in maximis
tormentis consolationem ut ejus corpus vi-
deretur minus animæ quam instrumentis,
quibus torquebatur conjunctum, quippe sic
is adhærebat affixum, ut cum catenis & vin-
culis, quibus distendebatur, nec avelli etiam
post mortem poterant, sepeliri necesse fuerit
Sur 6 Feb. Ausculta Tyranne dicebat fortis-
simus Christi pugil S. Faustus, tortori suo,
prebens ei depictam sui imaginem, sume il-
lam & mille in partes dilacera, exsere in illam
tuam crudelitatem cunctaque crudelitatis
instrumenta, ungulas, pectines, equuleos, ro-
tas, ignes, sciasque rem tibi esse cum homine
quidem mortali, sed qui non magis timeat,
sentiaturque tormenta tua, quam ista pictura;
tantum fido protectioni ejus, pro cuius no-
mine patior, tantumque percipio voluptatis
ex hoc quod ejus gloria sumere possit incre-
mentum ex hac mea cruciatuum perpeffione
ut omnes tuas torruras rideam. S. Secunda
10 Jul. S. Secunda videns sororem suam Ru-
finam à carnifice immaniter tractari, in hunc
modum fertur allocuta tyrannum. Quid est
quod sororem meam honore, me afficis ig-
nominia? O stupendos fiduciæ in Deum effe-
ctus! Ex quibus discimus verissimum esse
Q³ quod

quod dixit Salvator noster: *Iugum meum leve est & onus meum leve* Matth. II. Onus
 quam Crucis Christi non tantum leve
 sed sic alleviat etiam alia onera ut eorum
 gravitas non sentiatur: sic dulcorat eorum
 multitudinem, ut cum delectatione toleren-
 tur, nimirum toleramus ex concepto in Deo
 amore. Quis ergo non libenter hac ratione
 sustineat afflictiones? Quis non latus excipiat
 divinas illas JESU Christi voces quibus
 amore plenissimis alloquitur calamitosos
 afflictos: *Venite ad me omnes qui laboratis &
 onerati estis, & ego reficiam vos: Tollite iugum
 meum super vos, & discite à me quia mitis
 sum & humilis corde* Matth. II. Quisquis
 modicam in Deo fiduciam habet & fidem
 verbis ejus, fieri non potest, quin hujus
 ætati promissionis aliquem experiatur in
 misericordijs. Si quis verò graves sentit tribu-
 tiones sine levamine, & acerbos dolores
 lenimine; verè fatendum est eum Christi
 cem non portare nec promissis ejus fidem
 adhibere. Hucusque tribus potissimum
 morati sumus considerationibus, quæ de-
 rant magnitudinem gaudij fidelium De-
 mentium; & constituunt quodammodo
 primas causas, videlicet materiam, formam
 & finem, quæ tamen omnes subordinantur

fiduciæ in Deum velut principi & communi dispositioni, quam rectè causam causarum dixeris. Reliquum est nunc, ut per causam quoque efficientem demonstramus ejusdem gaudij magnitudinem, ut hæc ab illâ pariter innotescat atque illustretur.

Excellentia hujus gaudij eluceſcit per excellentiam causæ efficientis.

§. XV.

Deus mirificè consolatur Sanctos in suis afflictionibus.

Quemadmodum mirè novit Deus perturbationibus involvere & confusionibus mundi sapientes eo præsertim tempore quo ipsi proprium quærunt honorem negligentes divinum, ita non desinit declarare miram in servos suos benevolentiam, ut eos in maximis, angustiis mirifico gaudio & consolatione repleat. Hoc ipsum de se testatur Apostolus in se expertus & primis Macedoniæ Christianis de quibus scribit: *quod in multo experimento tribulationis, abundantia gaudii ipsorum fuit* 2. Cor. 8. Et S. Job agnoscens hanc Dei industriam in permiscendâ celestium consolationum dulcedine cum dolorum amaritudine admirâs exclamat: *mirabiliter me*

crucias, c. 10. Quasi dicat: Magne Deus quam
 admirabile est consilium tuum & singulari
 providentiâ tuâ, ut mala quæ inferis, non so-
 lum tolerabilia reddas, sed grata etiam ac
 optabilia ijs qui cognoscunt virtutem de-
 ræ tuæ. Affligens corpus meum doloribus
 parcis, sed infundis interim animæ mea-
 rentem voluptatis divinæ quæ redundet et-
 iam in ulcerosa & putrida membra mea,
 lorique sensum tollat, adeo ut difficilium
 mihi sit continere cœlestis mentis gaudium
 quam torquentes corporis dolores sustinere.
 Pro paucis spinis plenos rosis calathos in me
 effundis, tangis me extremo digito & am-
 bus manibus extensisque brachiis me am-
 plecteris: *mirabiliter me crucias.* Incidimus qui-
 doque in homines tam humanos atque os-
 ciosos ut ipsa, quam nobis exhibent molestia
 sit gratior, quam aliorum obsequium; sed
 fortè petentibus quid abnuunt, id tanta
 gunt urbanitate, ut ejusmodi patre pulchrum
 malimus quam ab alijs recipere beneficium.
 Sic planè Deus se gerit erga eos qui illi co-
 fidunt, qui ejus opem implorant in suis ne-
 cessitatibus, qui cum gratiarum actione ab-
 ejus manu suscipiunt quidquid adversi accide-
 His tam benignum sese exhibet ut etiam
 feriendo tales, gratiam illis præstet & favorem

dum à malis gravioribus præservat, & bonis
cumulat melioribus. Quod in illis perversū
est tollit & superfluum refecat, tangit ulcus
ubi maturum est, ut virulentam saniem edu-
cat: vulnerat, sed mille modos habet, plagam
infectam non curandi duntaxat, sed etiam e-
ius dolorem impediendi multaque suavitate
condiendi, adeo ut non percuti à tam admira-
bili manu ijs qui eam sentiunt, malum esset
multo gravius, quàm ipsum quod patiuntur.
S. Augustinus suo more ingeniosè mysteriū
hoc explicat super ista verba psalmi 127. *La-
bores manuum tuarum quia manducabis, bea-
tus es & bene tibi erit.* to 8. Quasi perversè vi-
detur dicere non intelligentibus, debuit e-
nim dicere, fructum laborum tuorum man-
ducabis: multi enim manducant fructum la-
borum suorum. Laborant in vinea, ipsum la-
borem non manducant sed quod labore ip-
sorum nascitur, hoc manducant. Quid sibi
vult labores fructuum tuorum manducabis?
Respondet subtilis Doctor: Quia & ipsi labo-
res non sunt sine gaudio propter spem, secū-
dum illud: *Spe gaudentes in tribulatione pa-
tientes.* Rom. 12. modò nos ipsi labores nostri
jucundant & lætos nos faciunt de spe. Si ergò
labor noster potuit manducari & potuit ja-
cundare, manducatus fructus ipsius laboris
qua-

qualis erit? Narratur de S. Catharina Genovesa si quod nesci verit quid esset pati, non quod subiecta non fuerit magnis vexationibus, sed quia eas non sentiebat ut sibi contrarias, ut pote quas non modo libenti animo roborabat, verum etiam incredibili cum gaudio petendi. Non est dubium quin divini hospitii corporis inhabitantis beneficio, hic illi favore sicut & alijs omnibus, sit praestitus.

§. XVI.

Huius gaudii dulcedinem percipere non potest qui non est omni alio destitutus.

Si scires te bene ab omni creatura evacuat Siquit religiosissimus scriptor Thomas Kempensis l. 2. c. 7. JESUS deberet libenter tecum habitare, nec veniret in cor nostrum solus, Addit S. Theresia, sed omnes secum divitias & delicias paradisi, quarum capax anima est in hac vita, simul adduceret. Ximenes Societatis nostrae in temporalibus adiutor magnae virtutis, idem sentiebat, et sine dubio erat expertus, cum diceret singulari voluptatis sensu: Quisquis a creatis rebus omnibus expedire cor potuerit & totum Deo tradere, brevi tantam bonorum omnium recipiet abundantiam ut ferendo non sit. P. Alvarez eximia vir sanctitatis simile quid de se testatur, quod

quod ex eius libello quodam excerptum re-
fert in ejus vita tanto dignus magistro disci-
pulus P. Ludovicus de Ponte: Evigilavi, in-
quit, quodam die mane totus lætus ac hilaris
cum ejusmodi cogitatione ac interiore sensu
cui similem nunquam habui in vitâ: cogno-
scebam quid esset anima cum Deo & quò de-
veniret sine illo. Blosius refert de viro quo-
dam sancto qui cum amantissimè fleret post
quinquennium in perpetuâ exactum desola-
tione, apparuissentque illi duo Angeli mœ-
stum consolaturi, quod averterit se ab illis,
conversusque ad Deum sic eum fuerit allo-
cutus: ô mi Domine Deus, non peto aliam
consolationem quàm hanc ut te solum possi-
deam; dummodò impedire possim ne res ul-
la cor meum subintret, nisi tu solus, plus con-
solationis habeo quam valeam sustinere.
Placet hac super re satisfacere mihi & expli-
care hic quidquid dicendum restat de ineffa-
bili gaudio quod Deus producit in animis
eorum, qui singularem in ipso fiduciam col-
locant. Nam revera ipse solus per semetipsū
producit hoc gaudium sine concursu creatu-
rarum, quippe quæ ad hujusmodi effectum
conferre nihil omnino possunt. Quod si attē-
tè consideretur, sufficiet sanè ad cognoscen-
dam hujus gaudij magnitudinem, omnia alia

Q 6

gau-

gaudia & oblectationes excedentis. Illud
tur est quod in præfenti declarare intendo
verò in hac consideratione procedam firmus
ab ipsa ordiar origine, paucis Dei essentiam
atque magnitudinem ostendendo, de qua
plenius & convenientius disseram libro
quarto.

§. XVII.

*Excellentia unius Dei: & boni quid ex
eo est.*

Catholica veritas est sed ita rationi natu-
rali conformis ut etiam Ethnici solo na-
turæ lumine eam perspexerint negaverunt
que esse aut esse posse plures Deos; nam si
plures essent, eorum nullus Deus esset, nullus
quippe perfectiones omnes aliorum obtine-
ret; quod si quis inter eos unus omnes om-
nium in se contineret, hic solus Deus esset, à
quo ceteri haberent naturam suam atque or-
namenta naturæ, ac proinde se creaturas co-
fiterentur. Hoc tribus verbis expressum, est
totum quod nos fides ac recta ratio docet de
Divinâ naturâ quæ in se indivisim continet
omne quod est sparsum & divisum in rebus
omnibus extra Deum, sed cum in finitâ huius
ab illis disparitate. Deus enim cum de rebus
singulis suam mensuram & limites, solus ipse
supra

supra se nihil habet à quo suos recipiat. Proinde necessario possidet perfectiones omnes possibiles in omni extensione possibili sine termino sine dependentiâ sine limitatione aut quâcunque determinatione: Est infinitis partibus sole splendidior, fecundior terrâ lapidior pane, dulcior melle, formosior rosis, potentior omnibus mundi regibus; nam ipse est à quo mutuatur sol splendorem suum, fecunditatem terra, panis saporem, mel dulcedinem, rosâ pulchritudinem, reges potentiam suam; ipse autem ista omnia habet ex se, nulli se debitorem, nullum sibi benefactorem agnoscit.

Hic est Deus optimus maximus quo pleni sunt & circumdati quicunque confidunt in ipsum. Quod toties tamque expressis discretisque verbis declaratû est in sacris literis ut, quotiescunque hortabatur olim maximos suos amicos ne timerent, non aliam afferret rationem quàm quod testaretur se esse cum illis. Sic dixit ad Isaac. *Noli timere quia ego tecum sum.* Gen. 26. Ego Deus cæli terræque conditor, fons & origo omnium bonorum, deliciarum Paradisi, gloria hominum & angelorum: ego tecum sum, nec te deseram si confusus fueris in me.

Quid potuit dici amabilius? Quid à tanta
Q 7 Ma-

Majestate erga hominem vilissimum tem
 vermiculum admirabilius? Quis satis explere
 quantam cœperit consolationem Jacob cum
 à Deo missus in Ægyptum ab eo meritis
 dire: *Ego sum fortissimus Deus Patris tui: nō
 timere, descende in Ægyptum. Ego de(cen)s
 tecum illuc, & ego inde adducam te reveren
 tem* Gen. 46. Ibidem refertur venisse de Ge
 raris Abimelech aliosque ejus regionis prin
 cipes ad Isaac ut cum eo fœdus inirent, qui
 cum interrogasset Isaac: *Quid venisti ad me
 hominem quem odisti? & expulsus es de loco*
 Responderunt: *Vidimus tecum esse Dominum*
 &c. Unde apparet nos virtute fiducie in
 Deum adhuc in vita mortali constitutos de
 peregrinantes super terram possidere idem
 bonum, quod beati in cœlo, qui istic quidem
 recipiunt mercedem laborum suorum & de
 sideriorum suorum satietate plena fruuntur
 nos tamen hic eodem bono delectamur, ut
 verè possimus dicere, nos in amaritudine
 hujus vitæ jam tum degustare delicias pre
 dii. Porro priusquam progrediar longius
 istud iterum inculco, quod jam supra attigi
 Deum in se non continere modo omnes crea
 turarum perfectiones, sed etiam
 superare omnes infinitis modis, & in hoc
 statuere, ordinem singularem nulli pro
 priis

communicabilem. Unde infero ea beneficia quæ ab ipso solo proximè in nos conferuntur sine comparatione excellentiora atque adeo infinitè præferenda esse his quæ industria & cooperatione creaturarum rerū ab eodem nobis obveniunt, tametsi utraque ejusdem speciei sint & hominis. Nam si videmus inter humana opera ejusdem licet artis discrimen non modicum, puta inter Apellis tabulam & tironis alicujus picturam, inter Polycletis statuas & statuarii nescio cujus, licet ad eandem formam atque ex eadem materiâ factæ sint, quæ potest obsecro similitudo esse inter gaudium & consolationem, quam animæ sanctæ inspirat inhabitans Deus, & voluptates quas delicati mundi amatores ex creaturarum usu capiunt?

§. XVIII.

Gaudium quod Deus donat, longè superat quodcumque ex Creatura percipitur.

Sanctissimus gentium Doctor Paulus Apostolus testatur, & est verissimum, quod infirmitas Dei, ut ita dicam, robustior est, quam omnis hominum fortitudo, & stultitia ejus confundit sapientiam jurisconsultorum & philosophorum. Quanta ergo esse debet ejusdem fortitudo & sapientia Dei, quando-

qui-

quidem ipsa infirmitas & stultitia super
 quidquid forte mūdus habet & sapiens. Com-
 para nunc gaudium quod Deus suscitavit
 cordibus nostris, cum eo quod aliunde emen-
 dicamus; & vide num alterum alteri verum
 ferri possit? Non dubito, quisquis hanc um-
 que antithesin rectè conceperit, quin facile
 judicaturus sit, nullas esse persecutiones &
 afflictiones ejusmodi quamvis facto agnoscant
 animum Dei possessione beatum invadant,
 quæ jucundam ejus quietem turbare vale-
 ant: Guttæ instar sunt aquæ in fornacem
 dentem injectæ, aut scintillæ instar incidentes
 in mare. Inexhaustus suavissimarum consolati-
 onum quæ à Deo promanant, fons sufficit
 omnem quæ aliunde stillare potest, amari-
 dinem, ejusque ita sensum eripit ut vix prius
 labiis degustetur. *In tribulatione*, canit David
 ad Deum *dilatasti mihi*, id est, relaxasti angus-
 tias cordis mei, & lætitiâ ac consolatione me
 affecisti multiplici. Hanc ob causam David
 nominat Deum totius consolationis, paracleti-
 tum, consolatorem per antonomasiam, per
 inde si, propriè loquendo, ipsius solius soli
 solari hominem. Hinc testatur etiam scriptura
 & in propriâ personâ præstare hoc munus.
 Vis scire quomodo illud sibi attribuat? Audi
 ipsum his verbis loquentem: *Quomodo, sicut*

mater blandiatur, ita ego consolabor vos. Isai. 66. Nec tam luculento sui in nos amoris testimonio dato, certa que promissione officium matris in consolando nos & oblectando omnigenere suavitatis per semetipsum fungendi contentus, alio id ipsum loco repetit & loquendi modo expressiore confirmat: *Ego ego ipse inquit, consolabor vos.* Cur repetit: *Ego ego*, additque: *Ego ipse*, nisi ut manifestius declararet non inani aliqua verborum figura se uti sed verissimè infinitè in nos suæ charitatis effectum polliceri. Concipe nunc animo, si potes, quanta sit teneritudo divini amoris, quo dignatur Deus ipse se totum impendere ad suavissimè recreandam sibi confidentem animam; huius verò in tanta cælestium deliciarum affluentia sensum quis satis poterit vel cogitando assequi? Si rex quispiam magnificentiam liberalitatis suæ ostendere amicorum suorum intimo cogitat aut subjectis sibi populis publicæ edere lætitiæ argumentum insigne, quantus fit apparatus & regiarum profusio divitiarum? Rex Assyrius regali pompa sex mensibus fecit grande convivium cunctis principibus Persarum ac Medorum mælytis, & præfectis Provinciarum omnique populo urbis regię toto stupente oriente. Esth. 1. Alexander Gregario militi amplissimā dona-

donavit urbem non tam considerans in-
 mam recipientis conditionem quam con-
 dare deceret summam largientis dignitatem.
 Divina majestas minus adhuc quam regio
 terræ respicit ad vilitatem & indignitatem
 eorum quibus dona sua confert. Sufficiens
 homini Deum amanti recipere favores
 quos & recreationes mentis, quales nobis
 ferre possunt Creaturæ; Verum his non con-
 tentus est Deus, parum ipsi videtur omne
 creatum, amat tractare nos conformiter
 magnificentiae suae & bonitati infinitae, vili-
 tatis naturae nostrae nullā habitā ratione.

§. XIX.

Eximia nomina hujus caelestis gaudii.

Excellentiam hujus gaudii, quo dignatur
 Deus exhilarare sperantes in se indicat
 etiam eximia ejus nomina in divinis scriptu-
 ris expressa. Nam S. Joannes appellat *manā*
absconditum quod nemo novit, nisi qui voluit
 Apoc. 2. S. Paulus *pacem Dei, quae exsuperat om-
 nem sensum*. Ad Phil. 4. Propheta *līx*
Sabbatum delicatum. c. 58. Psaltes *regni*
torrentem voluptatū & inebriantem ubera
tem domus Dei. Psal. 35. S. Petrus, *lātissimam*
enarrabilem 1. Pet. 1. Denique Christus *opti-*
nam partem vocat, quae non auferetur.

& gaudium quod nemo tollet à possessore illius. S. Gertrudis loquens de internâ, quâ affuebat mentis dulcedine, solebat dicere, nunquam se ausam fuisse cuiquam hominum eam exponere, propter pusillanimitatem, ut addebat, & incredulitatem cordis humani. S. Bernardus id ipsum confirmans ait, quod quicumque conaretur de hac cælesti suavitate aliquid proferre, non magis intelligeretur ab iis qui eam non sunt experti, quàm si peregrina illis ignotaque linguâ loqueretur. ser. 8. in cant Idem adjungit alibi: Si mihi id experiri liceret, putas me posse eloqui quod ineffabile est. S. Item Augustinus disertè fateatur: Non sufficit lingua mea cordi meo, tametsi modicum quid experto. Et iterum alibi idem tractans argumentum, postquam confusè quædam hac de re insinuasset, subiungit: mysterium hoc non nisi à perfectis videri posse intelligi.

§. XX.

Discrimen inter voluptates corporis & animi.

¶ Ed dicitaliquis, si divinæ istæ suavitates tam sunt admirabiles, ut præfertur, unde est quod tam pauci earum desiderio teneantur aut incitentur amore! Aut quî fieri potest ut non tantum, non quærantur magno

no opere, sed etiam spernantur? Et voluptates quæ percipiuntur ex creaturarum usu, ut satiant atque explent cupiditatem ut necogitetur quidem de illis, quas dicis ex Dei possessione promanare? Sic objiceret, si loqui posset, bos aliquis aut equus. Vox bovis cuius hominis dicebat olim Alphonsus rex, cuius forte simile quid coram ipso fuisset prolatum. Num ignoras mi homo quod animalia bona non percipit ea quæ sunt spiritus æstimare non potest divinarum consolationum divitias, quia eas nunquam gustavit. Contemptus, ut vulgo dicitur, proles est ignorantia. Quia ergo mirum si contemnant, quod non cognoscunt. Goliathus Philistæus despicebat Davidem velut puerum, & Herodes Rex spernebat Christum Filium Dei; nam ille Davidem considerabat velut imbellem ovium pastorem, hic Christum sub habitu servi rei. Jam diu mundi amatores objiciunt nobis ore Prophetæ: *Quis ostendit nobis bona?* Psal. 4. perinde ac si nulla alia in mundo bona essent quàm corporalia & sensibilia, aut non esset in nobis alius appetitus, quàm sitis bestialis, nec alia vita quam corporis & sensuum partis. An verò habent corporis sensus voluptates suas, ait S. Augustinus, & animus deseritur à voluptatibus suis? Boum est & equorum,

rum, quorum vita carneæ immerfa est moli, qui nec sperare alias, quàm quæ sensibus percipiuntur, delicias possunt, horum inquam brutorum est postulare ut sua sibi bona proponantur ante oculos; verùm homo altiori mente præditus non terris sed cælo natus, cui mundus hic exilium est, cuius vita, miseria, cuius corpus carcer est animæ, meritò erubescat, quod cum brutis animantibus præsepta requirat, ut sibi communes cum illis patulus inveniat. Quàm verè de huiusmodi ait Propheta: *Homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis*; Psal. 48.

Sic ergo accidit ut carnales homines bonorum corporis cognitione præditi, nullâ bonorum animæ, hæc negligentes, ista ardentis studio ac sollicitudine quærant; sæpe tamen postquam desideriis suis fecere satis, & cumulatè possident, quibus multò labore inhiant, illa ipsa incipiunt fastidire; & quia nausceant, quæ non sapiunt, stultitiam suam agnoscetes ac detestantes coguntur meliora quærere & solidiora oblectamenta, quæ tamen extra Deum nunquam invenient ut præclare annotavit religiosissimus scriptor Thomas à Kempis libro de verâ compunctione, ubi sic loquitur: Vita ista doloribus & pref-

pressuris plena est, sicut optime norunt qui
 de amaritudinis ejus calice bibeunt; quare
 idcirco humanus animus, unde possit recre-
 ri, & frustra est omnis consolatio, nisi ad
 divina. Quotidianâ instruitur experientia,
 quod fallax est omnis spes terrena, & in ame-
 ritudinem proveniet, quidquid extra Deum
 in tempore hujus peregrinationis queritur.
 S. Augustinus in suis confessionibus idem
 sentit: Væ animæ audaci, inquit, quæ spera-
 vit, si à te recessisset, se melius aliquid inven-
 turam. Versa & reversa in tergum & in latera
 & in ventrem, & dura sunt omnia. Et tu Do-
 mine solus requies. Verè ita est, nec gaudium,
 nec pax, nec requies vera est, nisi in solo Deo
 & qui Deum piissimo mentis affectu possi-
 dent, novis quotidie deliciis affluunt. Huius-
 modi est discrimen vel oppositio potius inter
 oblectamenta ex creaturis percepta & di-
 vinitus collata ex Sanctâ cum Deo familiaritate.
 Illorum cito in nobis, postquam percipit
 desiderata aliquantulum gustavimus, sati-
 dium oboritur; horum verò semper in nobis
 desiderium recens, nec explent semel gustata
 sed excitant famem; suavitas illorum in di-
 mira cum lætitia crescit, tantaque est dul-
 do ut & memoriam & sensum aliorum con-
 nium penitus tollat. Ratio hujus disparitatis

est, quod nec humana nec cœlestia planè
cognoscantur nisi experiētiā ipsā & frui-
tione; ista verò cum admodum imperfecta
sunt & imbecilla, tametsi appareant magnifi-
ca, cito nauseam & fastidium ingenerant iis
qui illa percipiunt, & perceptione eorundem
naturam penitus cognoscunt: Hæc verò è
contra, quia perfecta sunt, spiritualia & inte-
riora, ipsius animæ substantiæ conformia,
quo magis cognita, eò amantur ardentius;
cognitis enim horum nullos in iis detegit de-
fectus sicut in aliis, sed potius novas aperit
perfectiōnes, quæ eorum desiderium & amo-
rem magis accendunt; illa cum possidentur,
contemptui obnoxia sunt, quia infirma & in-
stabilis esse exitus opinione luctuosior declarat:
hæc contra sui æstimationem augent in ani-
mis possidentium, quippe quæ vires suas &
virtutem occultam in sui fruitione manife-
stant incredibili cum suavitate.

§. XXI.

*Dispositiones necessaria ad voluptates animi
percipiendas.*

Vispune scire quæ requirantur dispositio-
nes necessariae iis qui desiderant has pa-
radisi delicias prægustare? Dicam duobus
verbis: verà opus est & firmâ in Deum fidu-
cia

ciâ, qui sanè promptior est ad conferenda
 nos quotidie ampliora bona, quam nos sumus
 ad recipienda; ille enim sic iis abundat, ut ve-
 deatur velle se exonèrare si vasa vacua inve-
 niat, & capacia divinæ suæ liberalitatis de-
 munificentiae; id quod ipse declaravit, cum
 quando S. Teresiae & ante hanc, S. Gertrudi
 Nemo unquam fuit præter JESUM Chris-
 tum Filium ejus, & fortasse Sanctissimam
 Virginem Deiparam Mariam, cujus capacitas
 responderet fœcundæ ejus beneficentiæ, ut
 ut recipere tantum gratiarum donorum
 posset, quantum ipse conferre paratus erat.
 Huic in Deum fiduciæ adjungo dispositionem
 aliam simili modo necessariam nempe veram
 perfectamque abnegationem rerum sensibiles
 lium. Nam quamdiu in nobis superest
 etus & propensio ad terrena bona, completæ
 centia in creaturis, amor proprius & vanitas
 nostri ipsius æstimatio, gestare non possunt
 illud cœleste manna: cujus dulcedo non per-
 cipitur, nisi separata sit ab omni alia, super
 amantem pura, illibata impermixta mentis
 oblectet. *Parasti in dulcedine tua pauperem*
Deus, dicebat Deo David. Scitè in hanc
 quodam loco S. Augustinus comparat amo-
 rem nostrum manui: putate amorem homi-
 nis, quasi manum animæ, inquit, si aliquid

net, aliud simul tenere non potest: hoc au-
tem dico, quia qui amat seculum, Deum a-
mare non potest: occupatam habet manum:
dicit illi Deus: tene quod do, non vult dimit-
tere quod habebat, ideo non potest accipere
quod offertur. Velut si quis in mari naufra-
gum passus manum utramque plenam ar-
gento habeat, quod dimittere nolit, ut obla-
tam tabulam aut porrectum funem appre-
hendat, nunquid necesse est, ut pereat unacum
pecunia sua? Hujus rei illustre exemplum
suppeditat nobis Exodus, ubi notatur non
prius Israëlitis à Deo concessum manna,
quam consumpsissent omnem Ægypti fari-
nam. Sed nihil addam amplius, jam tum de
hoc argumento locutus sum suprâ, ostendi-
que pluribus fiduciam in Deo ita connexam
esse renuntiationi atque abnegationi rerum
creatarum, ut altera sine alterâ esse non pos-
sit.

CAPUT III.

Tertius effectus Fiduciæ in Deum, Fortitudo
inexpugnabilis.

§. I.

Summatim proponitur hic effectus.

TERTIUS Fiduciæ in Deum effectus est
invicta quædam fortitudo animi qua
R con-

contra omnes adversarios nostros munimur
 & circumdamur velut igneo muro à quo
 aggredi nos tentent, continuo inflammamur.
 Hoc ipsum per Prophetam promissum
 Ilim Deus civitati Jerusalem: Ego ero, et
 Dominus, quasi murus ignis in circuitu.
 Ambrosius refert in vita S. Agnetis, quod
 illa quadam die occurrisset in platea
 Romæ præfecti filio qui delinire eam cupie-
 bat amplissimis promissis, donisque pecu-
 nissimis pertrahere in sui amorem, castissima
 virgo tamquam si in draconem incidisset
 exhorrens, passibus aliquot ab eo recedens
 allocuta est ore severo & voce sancta
 Discede à me fomes peccati, nutrimentum
 facinoris, pabulum mortis; mecum enim
 beo custodem corporis mei Angelum Domini
 ni, & unigenitus Dei Filius quem ignis
 murus est mihi inexpugnabilis. Videor
 verbo summatim perstrinxisse, quæ de
 tudine quam invicta in Deum fiducia
 ingenerat, dici possunt; videamus tamen
 inceptis distinctius, quàm admiranda
 in nobis illa effectus
 producat.

§. II.

Qui confidunt in Deo, nihil timent, quia Deus est munimen eorum.

Fiducia in Deum præstat animo nostro firmam quandam securitatem, quæ humanas præsumptiones longe excedens facit ut formidabiles aliis tam hominum quam dæmonum phalangas velut formicarum turbam despiciamus, pericula omnia contemnamus, etiam, castro impetidi, vires omnes creatas adversantes velut araneorum telas perumpamus, adeo ut malis circumdati, possimus ingenti cum exultatione & cordis dilatatione cum Prophetarum regio exclamare: *Mihi autem adharere Deo bonum est!* ô vita omnis vitæ, quam bonum est esse tecum! ô JESU Salvator meus & Rex meus, ne permittas me obsecro unquam separari à te; Quam mihi est facile mala nullum timere, cum bonorum omnium autore protegor! Non timebo, si fractus illabatur orbis, non si terra mihi sub pedibus dehiscat, non si montes transferantur in cor maris, non si aer fulmine ac fulgure coruscet, non si creaturæ omnes quali conjuratione factæ in me conspirent, ut me perdant, impavidum ferient, non timebo fretus ope divinâ & custodiâ protectus. *Deus noster, refugium &*

R. 2.

vir-

virtus, adiutor in tribulationibus quæ tor-
runt nos nimis: propterea non timebimus. *Am-
turbabitur terra, & transferentur montes
cor maris.* psal. 45. Dominus illuminatus
jalus mea, quem timebo? Dominus protector
ta mea, à quo trepidabo? Si consistant ad-
me castra, non timebit cor meum. psal. 26. *La-
quæ verba sic præclare S. Augustinus pro-
gitur Imperator scutatis & non timet, pro-
gitur mortalis à mortalibus, & securus
protegitur mortalis ab immortalibus & timet
& trepidabit? Fiduciæ in Deum defectus
Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion, non
commovebitur in æternum.* psal. 124. *Montem
dixit spem in Deum immutabilem* (an-
hunc locum appositè S. Chrysostomus)
constantem, invincibilem & inexpugnabilem.
Quemadmodum enim si quis in-
rabiles adhibeat machinas, montem nec
vellere loco nec labefactare poterit, ita enim
si quis eum aggreditur, qui spem suam in
collocavit, commovebit nunquam; *Stetit
inimicus contra omnes cœli terræque imperi-
temporum injurias, tempestatum minas,
rannorum furias, rerum vicissitudines, &
tiorum infelices eventus, sui semper timor
mus permanet animo imperterrito, quoniam
dammento innititur inexpugnabili, assilens*

omnes repellit innoxius, triumphat inter rui-
 nas, & ridet inter adversos rerum humanarū
 casus. ō quanta sublimitas, meritō exclamat
 S. Cyprianus, inter ruinas generis humani
 stare erectum! In huiusmodi occasionibus
 Deus se Deum exhibet, hoc est omnipoten-
 tem, & invincibilem, fortiorem omnibus for-
 tibus, evertens & difficiens machinas omnes
 in gratiam eorum quos protegit; ibi enim
 plus est auxilii, ubi plus est periculi, inquit S.
 Ambrosius, sicut bonus pater manu appre-
 hensum filium per planas vias deducit, at ubi
 periculum est lapsus, amplectitur brachiis, &
 portat in sinu, ita ut nihil hic conferat puer
 nisi ut gestari se sinat, adeoque quoties via
 occurrit difficilior, minus laborat, quā cum
 plana est & facilis. Hoc olim promisit Moy-
 ses populo Israelitico: *portabit te Dominus si-*
cut portare solet pater filium parvulum. Deut.
 1. Et Deus ipse testatur: *Ego quasi nutricius*
Ephraim portabam eos in brachius meus, & de-
clinavi ad eum ut vesceretur Ose. 11. Et apud
 Iobum dicitur: *Quasi meridians fulgor con-*
surgit tibi ad vespertam: & cum te consumptum
peraverit, orietur ut Lucifer. Job. 11.

HAc ratione Deus nutrit innumerabilem Judaici populi multitudinem inferto quadraginta annis præbens illi infinitudine arenti & sterili quotidie abundantiam panis & aquæ. Exod. 16. Sic Daniele proptet in lacum leonum Deus servavit illum ut non inter bestias fame ac rabie effugeret sed inter blandientes catulos videretur confidere. Hoc divino animatus auxilio S. Martinus cum à furente latronum globo inuaderetur, maiorem animi tranquillitatem, serenitatemque exhibuit quam unquam alius. Idem expertus est S. Felix cum persequeretur fugiens crudelitatem in angulo quodam didit se araneorum telis divinâ providentia subito expansis tectus. Quæ res occasum dedit ingenioso Poëtæ canendi.

Si cui Christus adest? huic fuit murus:

Si cui Christus abest huic murus murus fuit.

Nec tantum Fiducia in Deum fortiter reddit adversus terrenas, sed etiam contra spirituales tenebrarum potestates. Narratur in vita S. Macarii Alexandrini quod cum per-

mones omnem conatum adhiberent in persuadendo, ut vir Sanctus relictâ eremo Romanam peteret ostensus se populo, respondit malignis spiritibus: Faciam quod vultis, si me hoc loco dimotum deducere possitis in riam, Atque ita eodem perstitit loco à mane usque ad vesperam, ut nullâ vi infernalium hostium ab eo vel latum unguem dimoveri potuerit. O admirabiles in Deum fiduciæ vires! Tanta patrare miracula non videntur potuisse mortales homines, sed qui relictâ infirmitate humanâ, virtutem assumpserint Angelicam, imò divinam, ut testatur in scripturis sacris Spiritus Sanctus, & paulò post ostendemus. Sed audiamus prius quo sensu de hac re loquatur Sanctissimus Japoniæ Apostolus Franciscus Xaverius; sic autem scribit ad Præpositum Provincialem Lusitaniæ de suo in Japoniam atque extremas orientis insulas proposito itinere: Obstupefcunt studiosi mei omnes & amici, quòd tam longinquum ac periculosum suscipere iter non viderent. Multa mihi tempestatum, syrtium, pyratum pericula proponunt. Ceterum haud paulò magis ego illos invicem obstupefco, quòd tam exiguum habeant Dei fiduciam, cujus illa omnia in ditione sunt ac potestate. Equidem cum Dei nutu atque imperio

„omnia gubernari certò sciam; nihil enim
 „no metuo præter ipsum Deum; ne scilicet
 „is de meâ in suo obsequio religionis
 „studio, negligentia inertiaque meritis
 „gat pœnas. Quocircareliquos terrores, et
 „crimina, ærumnas, cruces, nihil admodum
 „pertimesco. Unum quippe timeo rerum
 „mnium effectorem ac moderatorem Deum
 „quod res ceteræ quamvis noxiæ, non
 „si quatenus ille finit, nocere hominibus
 „queant.

§. IV.

Qui sperant in Deo, mutant fortitudinem.

S Propheta Isaias dat hoc testimonium
 „qui plenè confidunt in Deo: *Qui sperant
 in Domino, mutabunt fortitudinem, cursumque
 non laborabunt, ambulabunt & non deficiunt.*
 Isai. 40. Paradoxon id fortasse videbitur
 incredibile iis qui causam ejus ignorant, sed
 mini mirum videri potest qui legerit in
 literis id quod hæc sæpius testantur, nimirum
 eos qui sperant in Deo, assumere Dei
 fortitudinem & extollere se suprà res omnes
 humanas. *Quia tu es Domine, spes mea,*
 David in personâ justorum. Unde mox
 addit: *Altissimum posuisti refugium tuum.*
 psal. 90. Qui ergo fieri potest, ut calamitates

miseriæ, quæ ceteros solent invadere, ad locum tam sublimem pertingant, & ad te in eò constitutum? Non jam miror currentem te non fatigari, quia portaris in humeris Dei. Non times ne ab hostibus tuis vincaris; Deus enim pugnat pro te, nec pericula te terrent, siquidem Deus securum te facit.

Vis exemplis hanc veritatem comprobem? Considera, inquit S. Chrysostomus, quantâ constantiâ Elias Propheta reprehendat impietatem regis Achab; diceres Principem increpare servum suum; & tamen quis homo erat hic Propheta? pauperrimus mortalium, panem suum medicabat ab avibus, pallio rudi coopertus; sed Deus erat cum illo & sub vili palliolo fortitudo latebat divina: Hæc illum formidabilem faciebat mundi potentatibus. Contrâ Rex Achab mancipium erat dæmonis, indomitarum passionum ac peccatorum cōstrictus vinculis obsistere nec poterat nec audebat. Considera quoque magnanimitatem S. Pauli Apostoli qui eodẽ præcone Chrysostomo tyrannos ipsum adeo Neronem velut culices æstimabat. Audi etiã, idem aurei oris Antistes loquitur, quo modo allocutus sit S. Babylas Imperatorem quem eam prohibens cum ab ingressu templi, eo quod hominem innocentem datum pacis

R 3

obsidem

obsidem curasset interfici. Hic Sanctus
 religionis retinentissimus memor omni
 mundi pompam à Prophetis appellatam
 umbram & somnium, utpote quæ cum
 Deo nihili instar reputatur, perinde si non
 esset, & similiter venientis Principis & con-
 tantis curiæ apparatus considerans non do-
 bitavit eum è templo ejicere, non aliter
 si collectas sordes quisquiliâsque projecit
 foras. Diogenis ad Alexandrum verba quibus
 eum rogabat ut ab sole abisteret nec lo-
 eriperet, quod dare non posset, celebra-
 ore Ethnicorum, sed comparari non possumus
 cum verbis S. Babylæ quibus Imperatorem
 appellans peccati & diaboli mancipium vo-
 lut canem de templo pepulit. Admiratur
 Antonium dæmonum legione oblectatum
 qui in varias bestiarum formas transfiguratus
 gruniendo, mugiendo, rugiendo, rudendo
 garriendo faceffere illi molestiam conabat-
 tur; at vir Sanctus nihil turbatus tam inco-
 dito strepitu, solo crucis signo velut musca
 depulit omnes ad orbem, quasi potestatem
 premâ pro libitu illis dominaretur. Vide
 Petrum Apostolorum principem carnis in-
 nultum, in carcere conclusum ab impiis ho-
 rode. Parabatur illi supplicium extremum,
 virgæ expediebantur, catasta & cruce
 nomi-

nomina summa illum manebat; interim ille
more consueto somnum capit *inter duos mi-
lius vinculus catenis duabus*, Act. 12. perinde
ac si mollissimo lecto sericisque coopertus
cortinis decumberet in arce munitissima se-
curus omnium hostium. Necesse est ut Ange-
lus Domini dormientem excitet & catenas
manuum solvat & educat de carcere. Quis
non miretur tantam animi tranquillitatem?
hostes crudelissimi sanguinem ejus sitiunt,
mortem infamem meditantur; ipse interim
quasi hæc ad eum non pertineant, securus
dormit. Narrat idem Evangelista Lucas de S.
Paulo cum Sila virgis cæso & coniecto in car-
cerem, cumque media nocte ambo orantes
laudarent Deum ita ut audirentur etiam à
custodibus, *subito terra motus factus est mag-
nus ita ut moverentur fundamenta carceris.*
Et statim aperta sunt omnia ostia & univer-
sorum vincula soluta sunt. Experges factus au-
tem custos carceris & videns januas apertas
carceris evaginato gladio volebat se interficere
estimans fugisse vinclos. Clamavit autem Pau-
lus voce magna dicens: *Nihil tibi malifeceris,*
universi enim hic sumus. Sic qui confidunt
in Deo, mutant naturæ suæ imbecillitatem
in fortitudinem & potentiam Dei, qui illo-
rum fit non protector modo & refugium &

asylum, sed etiam ut sic dicam, vita & felicitas propria. Hoc sibi beneficium olim postulat David a Deo, orans: *Apprehende arma pro me: dicit anima mea: Salus tua ego sum.* 34. Rex aliquis, ut supra dicebamus ex S. Augustino, suorum vigili septus custodia leturus dormit, & justus quem custodit Deus pupillam oculi timebit? Custodes regum nunquam occupantur a somno, ut manus suo desint; at ecce non dormitabit neque dormiet et qui custodit Israel.

§. V.

De fortitudine trium puerorum in fornace Babylonica Dan. 3.

Concludo hoc Caput celeberrima antiquitatis historia de tribus Hebraeis pueris, quos Nabuchodonosor maribusque vinctos iussit conjici in fornacem ardentem; in quibus sane mirabiliter elucebat invicta eorum qui confidunt in Deo fortitudo constantiaque, & inimica Deo potentia infirmitas. Atque ut narratio haec fiat firior, instituam eum ipsis pene verbis Chrysostomi qui eam aurea sua eloquentia exornatam duabus complexus est hominibus in quibus eorum heroica constantia referta clausus est ad Antiochenum populum in mag-

na tum calamitate & publicâ afflictione ver-
santem consolandum. Sic igitur ferè loqui-
tur sanctissimus disertissimusque Orator.
Tres fuere nobilissimi adolescentes qui vir-
tute fiduciæ quàm habebant in divinâ Pro-
videntiâ miraculo fuerunt omnibus genti-
bus omni que ætati consequenti.

„Etenim tres in fornacem coniecti sunt, &
„nec ita religionis obliti sunt, nec ipsos ter-
„ruit flamma: murus ipsis factus est ignis &
„vestis flamma & fons fornax & ligatos ca-
„piens, solutos reddidit. Mortalia suscepit
„corpora & tamquam immortalibus absti-
„nuit: non agnovit naturam sed pietati reve-
„rentiam exhibuit. Vinxit pedes tyrannus &
„ignis vim pedes vinxerunt. O rem admira-
„bilem! vinctos solvit flamma & ipsa de re-
„liquo à vinctis vincta est: mutavit enim re-
„rum naturam adolescentulorum religio:
„immo verò non naturam mutavit, sed quod
„erat mirabilius permanentis naturæ vim
„repressit, non enim ignem extinxit sed ar-
„dentem inefficacem reddidit; & quod est
„mirabile & stupendum non in sanctis tantū
„corporibus hoc factum est, sed & in vesti-
„mentis ipsorum & calceamentis. Tu verò
„mihi considera ubique quomodo diabolus
„per quæ Dei servos impugnat, per hæc pro-

R 7

„priam

„priam vim destruit, non volens quidem
 „Dei sapientiâ & providentiâ illius armis
 „artibus in ipsius caput utente. Diabolus
 „nim Tyranno se insinuans neque ferro
 „etorum capita abscindi permittit, neque
 „stius tradi, sed in ignem injici suavit, ut
 „que reliquiae illorum sanctorum reman-
 „rent, ipsis corporibus consumptis & ipsorum
 „cinere cum farmentorum cinere commin-
 „Deus autem hoc ipso ad impietatis dete-
 „ctionem usus est. Persae ignem Deum esse
 „putant ipsumque multo cultu venerant
 „Volens igitur Deus istam, impietatis ma-
 „riam auferre, concessit huiusmodi pa-
 „modum ut prae oculis omnium ipsum co-
 „lentium, servis suis victoriam conferret, per
 „ipsa opera ijs persuadere volens quod gen-
 „tilium dii non Deum tantum sed & Deos
 „vos timent. Quod ut magis elucescat opera
 „pretium erit totam historiam ex Scripturis
 „sacris huc referre. Itaque Nabuchodonosor rex
 „misit ad congregandos satrapas, ad agendam
 „Iudices, duces & tyrannos & praefectos omni-
 „que principes regionum, ut convenirent ad de-
 „dicationem statuae quam erexerat. Dan. 3. Et
 „congregati sunt omnes. Inimicus spectan-
 „res cogit & ipse spectaculum convocavit, ipse
 „studia ponit & theatrum non vulgare

„hominum non quorundam privatorum sed
 „omnium honoratorum & omnium magi-
 „stratum, ut & testimonium apud multos
 „fide dignum fiat. Conveniunt non in urbe,
 „sed plani & nudi campi hoc orbis theatrum
 „suscipiunt. Cumque starent omnes in con-
 „spectu statuæ aureæ immensæ magnitudi-
 „nis, prece clamabat vehementer: *vobis dicitur*
 „*populo, tribubus & linguis, In hora qua audie-*
 „*ritis sonum tubæ & fistulæ & citharæ sambu-*
 „*cæ & psalterij & symphoniæ & universi generis*
 „*musicorum, cadentes adorare statuam auream*
 „*quam constituit Nabuchodonosor Rex. Si quis*
 „*autem non prostratus adoraverit, eadem horâ*
 „*mittetur in fornacem ignis ardentis.* Vide quot
 „insidiarum necessitates & quàm profunda
 „vorago & præcipitium utrimque. Propte-
 „rea enim tot musicorum consonantia, pro-
 „pterea caminus ardens, ut & voluptas & ti-
 „mor assistentium animas obsideret. Asper
 „astantium quispiam est & rigidus? molliat
 „ipsum, inquit, delectans omnisonæ musicæ
 „melodia. Sed his insidijs superior est? Ter-
 „reat & percellat flammæ aspectus. Et erat
 „timor & voluptas: hæc per aures, ille per o-
 „culos animas subrepens. Sed adolescentu-
 „lorum illorum generositatem, horum nihil
 „redarguit. Omnia hæc propter ipsos diabo-
 „lus

„lus præparaverat, non enim de subditis
 „bitabat, sed potius multum confidebat
 „quod nullus legis regi se objecturus
 „Postquam verò occiderunt omnes & vi
 „sunt, tunc in medium pueri soli aguntur
 „sic quoque victoria fiat clarior, cum in
 „ta multitudine ipsi soli vincant & prædi
 „tur. Post hæc igitur statim ut audierunt
 „populi tribus & populi sonitum tubæ & om
 „generis musicorum, cadentes omnes populi
 „bus & lingua, adoraverunt statuam auream
 „Soli Sidrach, Misach & Abdenago. In media
 „tantæ multitudinis Principum ac Philo
 „phorum stant immobiles execrati tantum
 „sacrilegium, nec ut uni Deo soli debeat
 „cultum & honorem deferant muto simula
 „chro vel concentu musico, vel atrocibus
 „nis, vel tantæ turbæ exemplo inducantur
 „Hoc autem inquit S. Chrysostomus
 „mum & mirabile est quod cadentium mul
 „tudo ipsos non terruit non solvit, non
 „tra se tale quid dixerunt, quod multi dicit
 „consueverunt. Si quidem nos primi im
 „nem adoraremus, id peccatum fuisset. Si
 „rò cum tot millibus hoc facimus quis
 „niam non dabit? quis excusatione digna
 „non censebit? Sed nihil tale aut dixerunt
 „cogitaverunt, tot tyrannorum ruinas

ti. Verum adducti in conspectum regis ab eo-
que iussi deos suos colere statuatque aureā
āse constitutam adorare, animo generoso &
constanti responderunt intrepidi. Non oportet
nos de hac re respondere tibi. Ecce enim Datus
noster quem colimus, potest eripere nos de cami-
no ignis, & de manibus tuis o Rex liberare.
Quod si noluerit, notum sit tibi o Rex quia deos
tuos non colimus, & statuam auream quam e-
rexisi, non adoramus. Tunc Nabuchodonosor
impetus furore praecepit ut succenderetur for-
nax septuplum, quam succendi consueverat.
Et viris fortissimis de exercitu suo iussit ut li-
gati pedibus mitterent eos in fornacem ignis
ardentis. Hic admirare constantiam sanctissi-
morum juvenum & fiduciam in Deum, pro
cujus nominis gloriā in confusionem im-
piorum succensam luculentissimo igne for-
nacem velut amoenissimum hortum ingressi,
flamas excusserunt, quibus extincti sunt
carnifices & astantes; ipsos autem non tetigit
minimo ignis, non contristavit, nec quidquam
molestia intulit. Nescio quomodo dicam mi-
raculum omnem verborum narrationem
transcendit. Etenim vis erat extincta, & non
erat extincta; cum enim circa sanctorum il-
lorum corpora versabatur, erat extincta,
cum vero vincula disrumpere oportuit, non
erat

„erat extincta. compedes dirupit & talos
 „tetigit, neque intra vincula procedere
 „fuit, vixit tyrannus, & flamma resolvit
 „& barbari crudelitatem discas, & elem
 „obedientiam. Quare verò in ignem mis
 „rus eos ligavit? Ut miraculum fieret
 „ut mirabilius signum, ne putares esse
 „lorum errorem ea quæ videbantur
 „nim ignis ille, ignis fuisset, vincula non
 „sumpsisset: non exterius sedentes milia
 „(quod multò maius) rapuisset. Quid hoc
 „rabilius? Quos continebat ignis, exsolu
 „quos non continebat, rapuit, ut discas quid
 „non locus sed morum qualitas salutem
 „pænam affert. Eadem corpora & his qui
 „illis, sed non iisdem sensus, propterea
 „eadem passiones, fœnum enim est
 „jacet extra celeriter accenditur: sicut ec
 „trā aurum, licet intus maneat, magis
 „desert. Peccatis constrictus frustra
 „fugit quia nusquam effugit; illa autem
 „fugerit, etiam si inter innumeros fuerit
 „lites, nemo eum lædere poterit, & in medio
 „ignis non æstuabit, si illa non fugerit, etiam
 „altissimos montium vertices ascendit,
 „in ipsis regum palatijs vindicem
 „sentiet. Sed audi quomodo mutatus
 „rannus, postquam vidit nihil grave pati
 „erat

erant intra fornacem, eos autem qui istos
injecerant, & extra fornacem manebant, &
qui circumsteterant, omnes consumptos
esse. Tunc accessit, ait Scriptura, Nabuchodo-
nosor ad ostium fornacis ignis ardentis, & ait:
Sidrach, Misach, & Abdenago servi Dei ex-
celsi egredimini & venite. Qui paulò ante di-
xerat: Et quis est Deus qui eripiet vos ex
manibus meis? eundem jam confitetur &
veneratur, Deus antea permisit omnia fieri
quacunque tyrannus voluit, ut demonstra-
ret quod à se custoditos offendere nemo
posset. Voluit Rex ipsorum urbem evertere
& non prohibuit Deus; idem voluit capti-
vos ducere, & non impedivit Deus: voluit
ligare, & concessit: in fornacem injicere,
permisit: flammam ultra modum accende-
re, & hoc dimisit. Et quando nihil reliquum
fuerat, sed omnem vim tyrannus exhausse-
rat, tunc suam virtutem demonstravit Deus
& puerorum patientiam; propterea enim
usque in finem tribulationem permisit; ut
insidiantibus & circumventorum philoso-
phiam, & suam demonstraret providentiā.
Jam verò considera puerorum magnani-
mitatem, neque enim ante vocem exilie-
runt (tamen si eos dudum solutos & ambu-
lantes in medio ignis innoxios Rex ipse cō-
spe-

„spexisset) ne quis putaret ipsos ignem
 „muisse: neque vocati intus manserunt, ne
 „ambitiosi esse & contentiosi viderentur.
 „Egressi sunt igitur pleni gloria, illustres or-
 „nibus futuri divinae potentiae praecox,
 „quin & hostis ipse propria voce & lingua
 „per literas omnibus tum pugilum confu-
 „tiam, tum Aganothetae virtutem prae-
 „vit. Nec deinceps servos suos sed Dei ali-
 „simi servos vocavit, in quos antea forma-
 „tae vius accensus fuerat quod statuam suam
 „nollent adorare hoc laudavit & admirata
 „est quod sibi non obedissent nec tradidissent
 „corpora sua ut servirent dijs alienis. Tanti
 „virtus bonum quod & ipsos hostes habet
 „admiratores & laudatores. Illi pugnarent
 „& superaverunt; & victus gratias age-
 „bunt quod non ipsos terruit flammæ aspectus,
 „sed spes in Deum consolata est. Magnum e-
 „tenim bonum in Deum sperare quod &
 „barbarus animadvertit & demonstravit
 „quod inde imminens effugerint periculum
 „proclamavit: *Benedictus Deus Sidrach, Mis-
 „sach & Abdenago, qui misit Angelum suum
 „& eruit servos suos qui crediderunt in eum.*
 Sic ferè S. Chrysostomus stylo disertio & ge-
 vi hanc narrat historiam, cuius verbis, si qua
 addidi aut immutavi, ex eodem ipso delu-

DE
FIDV CIA IN DEVM.

De mediis quibus conservetur Fidu-
cia in Deum.

§. I.

Sanctissimus consiliorum ac sapientiae
Dei interpres ac Propheta · Regius mira
& magna promittit ijs qui omnem spem
suam atque fiduciam in Deo collocant: *Spera*
in eo, inquit, *& ipse faciet*. psal. 36. Quasi dicat:
pungunt te curarum spinæ, invidiæ multorum
velut jacula te feriunt, molestiæ varix lanci-
nant

nant cor tuum, morbi que te cruciant quies-
 perti medici studium postulant? Quid ali-
 de remedij quæris? Cur tanto tempore di-
 feis præsentem plagis tuis medicinam adhi-
 bere? numquid manus Domini sanare non
 poterit? aut medelam afferre renuit? Ad hæc
 plenus fide, firmus spe recurre, detege
 vulnera tua, fide illi & dextera ejus faciet ri-
 tutem, non dubites neque differas ipse cur-
 bit te. *Spera in eo & ipse faciet.* Inimici tui in-
 festant te, petunt te armis, in jus vocant, pro-
 dunt, detrahunt, calumniantur, falsâ testimo-
 nia dicunt? Cur non defendis te generosam
 Deum fiduciâ, quæ non tantum opprimentem
 destruet hæc omnia, sed faciet etiam con-
 tentatione proventum, faciet ut ad majorem
 gloriam tuam ista cedant. Habe fiduciam in
 eo ex toto corde, & nihil hæsites, nihil dubi-
 tes, ipse protector est sperantium in se, victo-
 riam de hostibus tuis ipse tribuet tibi. Noli
 timere, sed fide. Forsitan nec modus nec tra-
 ctio suppetit conficiendi ex sententiâ nego-
 tium aliquod, componendi litem exortum,
 collocandi filiam tuam, dissolvendi æs con-
 tractum, servandi acquisita multo labore bo-
 na, occurrentem solvendi difficultatem? Spe-
 ra in Deo & ipse faciet. Ubi est spes, ubi est
 fiduciâ in Deum? Audi monentem Prophetam

tam: spera in Deo, confide Deo, totum te illi trade, te tuaque omnia illi committe, ipse prosperum atque optatum præstabit rebus tuis successum.

§. II.

Exemplum huiusmodi promissionis.

LEgi in vita R. P. Balthasar Alvarez, quod cum esset Rector inopis cujusdam collegij, habebat Ministrum admodum sollicitum atque anxium de quotidianâ rerum domesticarum administratione, accidit aliquando gravis necessitas, cui provideri citò oportebat. Venit itaque Minister ille ad P. Balthasarem inops consilij, plenus sollicitudine, eique magno mœrore exposuit rei statum. At Pater miratus ejus anxietatem, rogavit, num prius quàm ad se accessisset, Deum consulisset, eique commendasset negotium. Vides Pater, respondit Minister, quàm multæ res urgeant, ita ut vix mihi spatium relinquât precandi. Abi itaque subjecit P. Balthasar remittens eum, & exequere quod præstandum est prius, & postquam rem totam diligenter Deo per preces commendaveris, revertere ad me. An putas gregi huic deesse Pastorem? Qui nos tanto pretio redemit, non permittet nos perire. Scias negotia domus non pendere

à nostra industria, sed ab ejus Providentiâ. facile est omnia pro voto nostro providere. Abijt Minister imperata facturâ : reverens deinde ad Rectorem cognovit totum negotium expeditum modo inusitato, & ut hinc videbatur, prorsus miraculoso. Vides Deum non minus liberalem esse in promittendo quàm fidelem in præstando ea quæ promissis sperantibus in se. Suscipit in se curam rerum nostrarum, easque expedit sine labore & operâ nostrâ. Spera in Deo & ipse faciet : fide illi nihil hæsitans. Desiderijs tuis morem geret & vota complebit modo, quo tum mihi sperabas, & cum desperatum putaveras, videbis successum qualem optare poteras.

§. III.

Mens Authoris in hoc quarto libro.

Quando ergo in Deum fiducia tanta tutis est, quid non debemus facere ut eam consequamur, & acquisitam quanto studio opus est ac diligentia, ut eam conservemus. Hos duos fines hoc quarto libro propono habeo ut perficiam opus quod institui. Nam posteaquam ostendi per effectus, quos Deus producit, & per motiva quibus inducitur ad ejus amorem, quam præclara sit virtus hujus fiducia in Deum, superest ut adjiciam

derationes aliquas potentes, quarum beneficio constantem huius virtutis exercitationem suscipiamus, regulasque inveniamus infallibiles, quibus sine errandi periculo ad tam utile atque necessarium exercitium perducamur.

CAPUT I.

Primum medium conservandi Fiduciam in Deum. Consideratio divinæ Majestatis.

§. I.

Excellentia divina Natura.

Potestas & imperium quod Deus in homines obtinet, non est jus acquisitum aut usurpatione, aut hæreditate, aut electione, aut pretio, aut vi, aut industriâ, aut donatione aut resignatione aut præscriptione aut alio quovis titulo legitimo seu illegitimo, quibus reges & principes terræ solent populos suæ dominationi subicere. Sed ex eo quod ipse est principium, fons & origo rerum omnium, absolutus est omnium quæ Deus non sunt, Dominus, nec illud à se potest Dominium ulla ex parte abdicare. Unde sicut impossibile est ut quidquam habeat aut acceptum aut obnoxium creaturis, ita hæ ab ipso ut pendant

deant necesse est, & quidquid possident boni
ab ejus bonitate habeant participatum. Per
seipsum ac proinde per essentiam suam est
totum quod est, & re ipsa totum actu est
quod esse potest. Nemo illi potest aut ordi-
nem præscribere; aut mensuram limitesque
ponere. Est igitur ante omne tempus, supra
omne fastigium, ultra omnes terminos, cum
quoslibet fines, restrictiones, modumque, æ-
ternus, immensus, immutabilis, infinitus
piens, infinitè potens, infinitè bonus, infinitè
felix, infinitatem perfectionum in se
complectens. Oceanus est sine litoribus & ter-
mino. Ipse enim conclusit ostijs mare, & pro-
prium dedit illud terminis suis & posuit valla
& ostia & dixit: usque huc venies & non pro-
cedes amplius, & hic confringes tumentia
fluvius tuos. Job. 38. Deus noster non habet
aliud à quo sint positi limites naturæ quæ
inter quos se contineat. & quos transgre-
di non possit. Idcirco essentia ejus infinitum est
& semper plus ultra: sine missione & con-
positione omnes omnium rerum essentia
possibiles complectitur. Non intelligit, sicut
Angeli virtute potentia intellectiva, quæ de-
citur Intellectus, sed ipse suus Intellectus est.
Nec est sciens sicut nos, qualitate quæ scien-
tia vocatur, sed ipse sua scientia est. Absolutus

est nature, in qua indivisum latent omnes the-
sauri bonorum quæ excogitari queunt, quo-
rum omnium ipse regula est & mensura sed
sine regulâ & mensurâ omnibus superexcel-
lentior. Quid admirabilius luminari illo ma-
gno universi? Ille tamen infinita excedit cla-
ritate, & splendorem solis & omnium possi-
bilium lucem excogitabilem. Extra ipsum
nulla in rebus quibuscunque apparet pulchri-
tudo, quæ non oriatur ab ipso, & in ipso insit
perfectius quàm in re quavis pulcherrimâ.
Unde rectè S. Augustinus & S. Thomas illum
vocant Bonum omnis boni, aut Bonum su-
per omne bonum, fontem vivum omnis bo-
nitatis. Addit S. Basilus: *in adornata sequar*
Θεός. Quare quotiescunque intueris decorâ
faciem, formosum flosculum, resplendentem
in nubibus Iridem, pratum jucundè virescēs,
hortum mirificè adornatum, picturam pul-
cherrimis vivisque coloribus expressam, dic
audacter: ô quanta Deo inerit pulchritudo?
sintantus creaturis inest decor, creatori ipsi &
conditori, à quo omnis ille emanat, quantus
& quàm mirus inest? Si narrantur tibi magni-
ficentiæ & pompæ inauditæ & incredibiles,
dic pari modo: quam singulares quàm mag-
nificas necesse est habeat Deus opt. Maximus
Quippe qui omnes illas, quas miraris conti-

net excellentius & infinitè majores. Si animi
concupis delectationes & voluptates maxi-
mas & exquisitissimas, non dubites dicere
ingenij mei tenuitas nequit cogitando
qui quantæ in Deo sint deliciae; si quidem jam
inde ab æterno possedit quod oculus non vi-
dit, nec auris audivit, nec in cor hominis
cendit: & adhuc possidet integerrimè per-
fectissimèque sine differentiâ ullâ, utpote cuius
essentia unicus est horum omnium thesa-
rus, in quo manent omnia sine confusione
tamen sine distinctione, ex quo manant om-
nia sine jacturâ & detrimento originis ex quo
profluunt, sicut diffunditur ab altris humis
sine ullo eorum damno & diminutione.

§. II.

*Excellentia Dei, ex creaturarum collatione
magis elucescit.*

Inestimabilis Dei magnitudo inter
creatas ita eminet ut sola esse videatur, nec
verò ad illum collatæ quasi non sint, sed
teant velut in suo nihilo, ex quo divina ver-
te extractæ & in quod momento
eadem redigi possunt. Hinc etiam quanto
pro maiestate sua & autoritate
Deus illis loquitur atque imperat,
minare se. Qui est, ac si significare vellet,

sibi comparatas nihil esse, & quidquid in ipsis
 rarum atque eximium æstimatur pro nihilo
 esse reputandum perinde ac si omnino non
 existerent. Sic olim cum mitteret Moysen ad
 populum Hebræorum servientem in Ægyp-
 to ut tamquam Dei legatus à gente suâ exci-
 peretur certamque fidem illi faceret futuræ
 liberationis quam nuntiare Dei nomine ju-
 bebatur, non aliter se nominavit quam: *Ego*
sum, qui sum. Exod. 3. Hic titulus erat legan-
 tis; hæc sententia legationis: *Qui est, misit*
me ad vos. Eodem se nomine appellavit
 Christus Dominus gravi oratione exhortans
 Judæos ad credendum sibi. *Nisi credideritis,*
inquit, quia Ego sum, in peccato vestro morie-
mini. Joan. 8. super quæ verba, sic præclare
 Augustinus: tract. 38. ô Domine Deus no-
 ster quid est quod aisti: nisi credideritis, quia
 ego sum; Nunquid Cælum non est? Nun-
 quid terra non est? Nunquid homo, cui lo-
 queris non est? Nunquid Angelus, quem
 mittis non est? Si omnia sunt hæc quæ per
 te facta sunt, quid est quod tibi proprium
 quiddam tenuisti ipsum esse quod alijs non
 dedisti, ut tu solus esses? ô veritas quæ verè
 es! Nam in omnibus actionibus & motibus
 nostris & in omni prorsus agitatione crea-
 turæ duo tempora invenio præteritum & fu-

„turum. præsens quaero, nihil stat. Quod dicitur
 „jam non est; quod dicturus sum, nondum est.
 „In veritate quæ manet, præteritum & futu-
 „rum non invenio, sed solum præsens & hoc
 „incorruptibiliter quod in creatura non est.
 „Discute rerum mutationes, invenies futurum
 „erit. Cogita Deum invenies Est, ubi Fuit &
 „Erit esse non possit. Sic ille. Et sanè si verum
 „proprie loquamur, quid sunt creaturæ Deo
 „comparatæ? *Omnes gentes quasi non sint, & inani-
 „tata sunt coram eo, & quasi nihilum & inaniter
 „tata sunt et Isai, 40.* Non solum quia ex se
 „sunt nihil sunt nihilque habent, & quidquid
 „& habent, totum habent, perpetuoque in
 „xu recipiunt ab immensa Conditoris sui libe-
 „ralitate, ut dicetur alias, sed etiam quia
 „tè distant ab essentiâ & perfectionibus Dei.
 „Unde 1. Tim. 6. non dubitavit Apostolus
 „minare illum *solum potentem*, ac si præter po-
 „tentiam Dei, nulla alia esset. Et ipse Christus
 „apud S. Matthæum c. 19. *solum bonum*. Certe
 „enim bonitates præ excellentissima ejus bo-
 „nitate non apparent, sicut minora lumina præ
 „meridianâ solis luce non videntur, & flumina
 „cum mari miscentur, propriam perdat
 „appellationem. Et Job de Deo loquens ait
 „ipse enim solus est. Quasi dicat, res creatæ om-
 „nes comparatæ Deo nihil sunt. *Ecco gentes*

inquit Propheta Isaias cap. 40. *quasi stilla situla & quasi momentum statura reputata sunt. Ecce insula quasi pulvis exiguus.* Immo, omnis terræ & marium vastitas ex sententia Mathematicorum ad cælorum amplitudinem collata puncti instar se habet. Quid ergo eant cælum & terra & quidquid cœli & terræ ambitu continetur, si cum infinita Dei optimi maximi maiestate comparetur. Verè *magnus Dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis.* Hæ considerationes induxerunt olim S. Hilarium ad amplectendam fidem Catholicam, ut ipsemet testatur in principio suorum operum quæ doctissima posteris reliquit, in quibus loquens de mirabilibus Dei, refert se legentem fortè illa Exodi verba: Ego sum qui sum: & magnopere admiratum excellentiam huius augustissimi nominis, fictam falsorum deorum divinitatem, & nomina ab Ethnicis stultè attributa in animo suo detestatum fuisse, professumque non alium se agnoscere Deum, quam illum quem istud nomen summis perfectionibus insignè exprimeret: In quo sanè vir ille magnus, tametsi adhuc gentilis non erravit, sed sublime quiddā sapuit. Nam nomen hoc tam sacrosanctum fuit olim etiam Judæis, ut proferre illud nunquam auderent

sed quotiescunque sacris in litteris expressi
occurbat, ejus loco aliud substituerent
pronuntiando. Idem sic est formidabile ut
Michael cum apostatâ Angelo pugnans hoc
ipso usus sit tamquam gladio & scuto, vir-
te cujus superbum rebellium spirituum plu-
rangem in tartara præcipitavit.

§. III.

*Quam Deo sit essentielle supremum in omni
dominium.*

QUæ cum ita sint, quis dubitabit ad-
quin Deus sit supremus Dominus ho-
minum & Angelorum, ejusque excellentiæ
& perfectiones infinitæ quibus res creatæ
omnes excedit infinito intervallo, denique
quamvis alijs omnibus titulis careat, abso-
lutum in omnia dominium. Nam si verum
est, quod dicit Aristoteles, posse esse homi-
nẽ tantæ excellentiæ ut illi jure naturæ compe-
tat dominium in ceteras creaturas propter
dignitatem qua inter eas eminet. Unde & vo-
lemus dicere, si cujuspiam corporis decus
que pulchritudinem miremur, ejusmodi do-
gnum esse imperio, id quod multò verius de
ci posset de eminentia & venustate animi.
Quid dicemus de Deo opt. maximo in quo
agnoscimus & veneramur infinitam essenti-
poter-

potentiam, bonitatem, sapientiam, & omnium
 concursum perfectionum & virtutum quæ
 excogitari possunt. Concludo ergo supremam
 Dei maiestatem confitens doctissimi Theo-
 doreti verbis: Deo non fervorum calamitas,
 sed natura ipsa dominium dedit. Domine
 Deus meus universorum Conditor, nec mi-
 seria creaturarum, nec harum inclinationes,
 vota desideria, commoda, nec tua, neque illa-
 rum consilium, electio; providentia, vis, ac
 voluntas neque delata obsequia habenas tibi
 mundi committere, tuoque se submittere im-
 perio, sed excellentia, maiestas ac dignitas di-
 vine naturæ tuæ. Rector nosser ac supremus
 Dominus es per essentiam, sine restrictione
 absolutus, sine exceptione ullius, universalis
 sine imminutione perpetuus. Et si quis alius
 scilicet hoc fingere quod est impossibile, nos
 creasset, obligatus tamen esset tibi cedere
 imperium ac gubernationem absolutam; to-
 tidem nominibus, dominium ac potestas su-
 prema & monarchica omnium hominum
 tibi deberetur.

§. IV.

Anima extra Deum, cui fidat, non habet

Quot, quantisque titulis Deo Domino
 meo obstrictus sum! *Nonne Deo subiecta*
eris

S S

eris

erit anima mea? Nonne divinam ejus providentiam in omnibus venerabor? Nonne omni studio atque conatu in posterum rebus in omnibus sanctissimæ ejus voluntati meæ conformabo? Num potero desciscere a conditore meo optimo maximo, ut creaturæ vilissimæ ac fragilissimæ adhæream: consuetudo ac terrenarum rerum usus adhuc impediet amorem & fiduciam supremo Domino meo, omnium principio ac fini ultimo debitam? Non sic Domine Deus meus, non licet absit ut eo progrediar impietatis & amentia. Obtestor Deus meus divinam maiestatem tuam, ut potius mille mortes & supplicia irroges æterna, quam permittas incidere me in malum tam abominandum. Nolo vivere in posterum, nisi ut vivam tibi, nec esse nisi tuus, & tuus si esse non possum, malo nullus esse. Et cujus esse debeo nisi illius qui me condidit? Et si res omnes tuo subjacent imperio, ego solus ero tam infelix & perduellis, ut tuo me dominio subtraham vanitate miserrima delusus? Ubi inveniam potentiam tuam maiorem, quam in necessitatibus meis implorem? Ubi auxilium ad succurrendum mihi partius quam apud eum qui me creavit? Cui præter Deum fidere aut tutum aut justum est? An principatui, an gloriæ, an bonis corporis

ejus prout
 Nonne om-
 am rebus in
 ntati meam
 scere a con-
 creatura vi-
 n: consuetu-
 dhuc impe-
 o Domino
 ultimo debi-
 s, non hic
 & amentia
 majestatem
 supplicia in-
 cidere me
 Nolo vivere
 nec esse mi-
 malo nullus
 qui me co-
 nt impens
 tellis, utro
 miserrima
 tuam me-
 implorem
 mibi par-
 avit? Cui
 aut iustum
 bonis cor-
 poris

poris? Dic igitur anime mi, si alium forte ju-
 dicas dominum eligendum quam Deum,
 quem colere, ad quem confugere, cui te tra-
 dere placet? Num forsitan adhærere mundo
 æquum putas? Itane anime mi, mundo potes
 fidere, mundo tam fallaci & infido, cujus jam
 inde ab orbis nascentis initio tot seculorum
 decursu probata est fallacia tot tantorumque
 hominum interitu & ruinâ, quos ille illece-
 bris suis captos delusosque perdidit? Nec ta-
 men adhuc defunt qui jugum illius tyranni-
 cum non respiciant, fraudibus capi velint, qui
 illum timeant & ament, illi velut Domino
 suo serviant, ab eo se contemni grave putent
 amari verò & æstimari summam ducant vo-
 luptatem. O deplorandam mortalium de-
 mentiam! ô contemptum in Deum non ferē-
 dum! Deum optimi maximum deserunt,
 & infami animarum prædoni adhærent, huic
 se totos tradunt & consecrant, huic serviunt
 tamquam Domino & Creatori suo, tot quo-
 tidie horas, tantos labores, studia & obse-
 quia Deo debita, ipsi subtrahunt & mundo
 impendunt! *Filij hominum usquequo gravi*
corde? Rationalis anima Dei insignita imagi-
 ne eo progredieris cœcitatibus atque insaniam ut
 tanto proditori salutis tuæ, tam capitali ac
 jurato Dei hominumque hosti te mancipēs

ac tradas regendum? Cui ergo te committes
ac credes o care anime dimidium mei, cui fi-
des obsecro? Num carni forsitan? Itane carni
carnis sequeris blandimenta? An non vides
saccum esse stercoreum fucatum coloribus,
virentem cloacam? Quotquot eam nunc de-
licatè tractant & fovant, videbunt aliquando
scatentem vermibus & putredinis aspectum
præ grave colentia ferre non poterunt. De hac
sentinâ quid tibi polliceri poteris? Quem de-
nique Dominum eliges? Num forsitan Sata-
næ te subdes imperio? Satanæ? cruentæ bellæ
desperatissimæ inferni victimæ? Quis illo
immanior quis truculentior, *quitamquam*
leo rugiens circuit quarens quem devoret. I.
Pet. s. qui in eos ipsos qui se illi tradiderunt,
intolerabilem exercet tyrannidem. Nec scire
aliud à tam maligno atque infenso hoste ex-
spectandum, qui implacabili in Deum odio
semper exæstuat ob sævissimos peipetuosque
cruciatibus & tormentis quæ patitur. Nemo,
nemo ex his omnibus est, cui nos nostraque
committere aut tutum est aut iustum. Alius
proinde quærendus est Dominus, cui rectè
fidere, cui gloriose servire, à quo bona sperare
verè possumus.

§. V.

Resolutio verè Christiana.

Dominus meus & Deus meus es tu, eris-
que solus semper o supreme cœli ter-
raque Monarcha. Tibi me servum & subdi-
tum profiteor, ipsaque natura & gratia, pru-
dentia & iustitia omnesque rationes divinæ
& humanæ me obligant ut ego tamquam
mancipium te Dominum meum, creatura
creatorem meum, homo Deum agnoscam &
venerer. *Mihi autem adherere Deo bonum est.*
Psal. 72. Adhæreat & inhiet, quisquis volet,
honoribus & divitiis, scientiis & artibus, dig-
nitatibus & titulis, carni & sanguini, omni-
bus vitæ hujus vanitatibus & voluptatibus,
mihi adherere Deo sollicitum est. Illi soli
vivo ac vivam, nec aliter vivere placet nisi ut
illi vivam, à quo vitam habent omnia, qui est
ens entium, in cujus comparatione nulla est
potentia, nulla bonitas, nulla sapientia, nulla
majestas, quæ non sit minor quam scintilla
collata soli. Hanc gloriam prædicat, dum ad-
arant canit Sacerdos: Quoniam tu solus San-
ctus, tu solus Dominus, tu solus Altissimus,
qui est Deus Optimus Maximus, Rex regum,
Dominus dominantium & Monarcha uni-
versorum. *Providebam Dominum in conspectu*

S 7

mco

meo semper, dicebat Rex David, velut si-
 cum solo Deo degeret super terram. Et post
 commissum cum Bersabea adulterium epu-
 que conjugis Uriæ injustam necem, quo-
 troque crimine omnibus subditis pessimum
 præbuerat exemplum, nihilominus culpe
 veniam implorans confitetur Deo: *Tibi soli*
peccavi, quasi hunc solum offendisset, cum
 tamen revera & perturbasset domum Urie,
 & toti populo fuisset gravissimo scandalo.
 Verum id inde fit quod offendicula quæ præ-
 bentur hominibus, nullius videntur esse
 momentinec nomen offensæ mereri, si com-
 parentur cum offensâ in Deum commissâ. Si-
 cut homines & Angeli & quidquid in univer-
 so creatum est, divinæ collati essentia nulli
 instar reputantur. Quemadmodum etiam
 obligationes debitæ regibus & magistrati-
 bus Reip aut parentibus dominiisque nostris,
 & vicissim quæcunque in nos illi & regna &
 Respub. jura prætendunt, hæc inquam, om-
 nia cessant quasi nullius roboris & virum,
 ubi agitur de honore Deo debito & subje-
 ctione atque observantiâ nostrâ, quam su-
 premo illius Dominio, quod in nos iure suæ
 mæ & primæ potestatis obtinet, debemus.
 Pari modo licet dicere quod pœnæ & suppli-
 cia, quæ variorum in homines admissorum

criminum rei incurrunt, ne nomine quidem
 poenae censi debeant, si conferantur cum
 iis suppliciis quæ Deus iustè irrogat pecca-
 toribus ob culpas in se commissas. Quid e-
 nim sunt rotæ, cruces, patibula, equulei, tor-
 turæ decem vel viginti annorum si compa-
 rentur cum ardoribus sempiternis & flam-
 mis gehennæ, cum societate dæmonum im-
 manissimorum à quibus miseri homines de-
 seruntur nunquam, sed æternum torquentur
 miris & ineffabilibus modis. Quem non mo-
 veant hæ considerationes ut renuntiet crea-
 turis, & adhæreat Deo suo, illique soli fidat,
 quoniam ille Solus Sanctus, solus Dominus,
 solus Altissimus. Veni ergo Domine JESU,
 aufer scandala de regno tuo quod est anima
 mea, ut regnes tu, qui debes, in eâ. Venit
 enim avaritia & in ea vendicat sibi sedem:
 jactantia cupit dominari mihi: superbia vult
 mihi esserex, luxuria dicit, ego regnabo,
 ambitio detractio, invidia, iracundia cer-
 tant in meipso de meipso, cujus potissi-
 mum esse videar; ego autem quantum va-
 leo, resisto. Dominum meum JESUM re-
 damo, ipsi me defendo quia ipsius juris me
 agnosco. Ipsum mihi Deum, ipsum mihi
 Dominum teneo & dico: Non habeo Re-
 gem nisi Dominum JESUM. Veni ergo
 Domine

„Domine disperge illos in veritate tua & reg-
 „nabis in me, quia tu es ipse Rex meus &
 „Deus meus. Ita S. Bernardus non minus
 „leganter quam piè. Huiusmodi considera-
 tioni minimum semel quotidie vacare quic-
 que deberet.

CAPUT II.

Secundum medium conservandi Fiduciam
 in Deum, considerare naturam creatu-
 rarum nihili instar esse ad
 divinam.

§. I.

Neccssitas Divina natura.

DOcent Theologi quod duo hæc verba
 quibus profertur hæc enuntiatio: Deus
 est, unum idemque significant; quia si pro-
 priè & verè loquamur, nihil est, nisi Deus.
 Vndè scitè S. Anselmus infert contra insipien-
 tem qui dixit in corde suo: *Non est Deus*, eum
 contradixisse sibi, nam vox, Deus, significat,
 est, & vox est, significat Deum. Quare ô in-
 felix & insipiens cum sacrilegâ cogitatione
 tua blasphemans negas Deum esse, affirmas
 Deum esse & negas esse; pronuntiando enim
 Deum, dicis esse, & negando esse, nomen Dei
 illi eripis; contradictoria ergo loqueris &

destruis quod astruis & astruis quod destruis.
 Hanc ob causam notarunt quidam quod so-
 lus Deus absolute dicatur Verbum, quæ vox
 lingua Hebraicâ sonat ESSE, vel Rem, quia
 in esse suo continet res omnes possibiles. Et
 S. Hieronymus in epistola ad Marcellam o-
 stendit solum Deum proprie esse, quia præ-
 ter illum nemo est qui habeat esse per essen-
 tiam, aut qui aliquando non fuerit aut non
 debuerit esse: in cuius comparatione Esse
 nostrum, nihilum est. Ist hoc est argumentum
 quod hoc capite proposui explicandum, ut
 eo persuadeam lectori praxin solidæ & sin-
 ceræ in Deum Fiduciæ.

§. II.

*Prima comparatio Divina essentia cum essen-
tia creaturarum.*

Brevem sed sublimem dedit quodam
 tempore instructionem Christus Domi-
 nus S. Catharinæ Senensi cum eam pro more
 suo perfamiliariter inviseret & alloqueretur
 in hunc modum: Filia mea, noveris, quod E-
 go sum qui sum & tu es quæ non es. Quibus
 verbis quæ hic paululum extendenda sunt,
 significare illi voluit divinus Magister, ut
 consideraret ipsa secum attentius quid esset,
 suæque naturæ fundum penetraret & fines
 circum-

circumspiceret ejusdem. Quasi diceret: ex-
mina bona quæ possides, pondera vires tuas,
dispice quousque se porrigant sensus tui, in-
tellectus tuus, voluntas tua, & vide quò se
protendant motus corporis tui atque animæ.
Nonne verissimum est quod quidquid est &
quidquid habes, id totum sit meum, quod-
que nec videre quidquam, nec concipere, nec
respirare, nec esse omninò possis sine bene-
placito meo? Nonne certissimum est quod
in originali nihilo tuo lateres, nisi ego te inde
extraxissem? In quod si forte relabereris, tam
tibi foret impossibile inde tuapte sponte ex-
stare, quam mihi nunc facile est in illud te
vestigio redigere impotentem prorsus ad re-
sistendum. Et verò quantum ad hoc, scias ni-
hil amplius posse reges & imperatores, Cheru-
binos & Seraphinos aut quamvis creatam
potestatem sive in cælo, sive in terrâ, quam
tu possis, atque ita cuncta mihi subijci, ut si
vel momento temporique subtraherem me-
um meam, quâ perpetuo influxu creata cõ-
servo universa in nihilum relaberentur. Ve-
de agnoscas insanam Luciferi superbiam, qui
ausus fuit se elevare contra me; mireris etiam
hominum dementiam illius exemplum imi-
tantium dum sacrilega in me arma assumunt.
Qua fronte præsumunt insurgere adversus
me

ae, qui momēto citiùs valeo illos pessunda-
re. Potiore jure tenentur submittere se atque
prostrare pronos in terram coram me con-
siderantes naturæ suæ imbecillitatem & ni-
hilum. Divinæ huic & verissimæ doctrinæ
non multum dissimilem Ethnicorum nobis
suppeditant antiquitates. Refert Plutarchus
& confirmat Eusebius inscripta fuisse super-
luminari portæ templi Delphici hæc duo ver-
ba Dei nomine ad hominem directæ: γνῶθι
σεαυτόν. Nolle teipsum. Hominis verò ad
Deum responsum inferiori ejusdem portæ
limini hac voce exaratum ē: Tu es. Ipsa cla-
mat Veritas mortales nos in conspectu tuo
Deus Optime Maxime, nihil esse, Te esse so-
lum credimus atque hoc ipsum confitemur,
nihil esse nos paratosque, si ira placuerit divi-
næ voluntati tuæ, in nihilum nostrum redire
ex quo manu tua omnipotente extitimus.

§. III.

Creaturarum indigentia.

Hæc ut penitiùs inspiciamus atque dis-
cernamus distinctiùs Divinū Esse à ni-
hilo creaturarum; consideremus obsecro
quot hæc quantisque urgeantur & preman-
tur necessitatibus: quam multis egent, vel ad
solam sui conservationem? Quot conditio-
nibus,

nibus, quot fulcris, quot auxiliis, quot subsidiariis substantiarum velut adjutricium corporis opus est? Homo ipse quamvis interius corporeas principatum teneat, statue etiam aliquem summam gloriam & regali pompam illustrem, coronis ac thiaris insignitum, num potest vivere sine alimentis, sine cibo & potu, sine vestimentis, sine domo, sine terra, sine aëre, sine aqua, sine igne, sine temporum vicissitudine atque influxu cælorum, astrorum, consortio amicorum, operâ famulorum, arte opificum, atque innumerabili humulmodi quâ indigentia suâ & necessitati succurrat, subsidiorum copia? Ignis quomodo ardeat sine cerâ, sine oleo, sine lignis, similibusque fomentis, quæ nisi apponantur, continuo deficit: Unde si nutrimenta ei subtrahas, & ardor ejus remittit, & lumen extinguitur, adeo ut verè dici possit ejus esse, à quo plus accipit, perire verò si nihil detur. Vnde non parci, ut id obiter dicam, vanam & confictam reputant opinionem Aristotelis qui attribuit concavum Lunæ elemento ignis. Nam hoc locus, inquiunt, in universo non convenit igni, nec conservare illum potest quippe in quo alimentum, quod veracissima ejus natura exigit, nullum habeat vel habere possit: aliunde autem experientia quotidiana nos docet, ita

illum

illum pabulo indigere, ut si nutrirī desinat,
mox desinat & esse. Præterea res creatæ di-
versa requirunt accidentia tamquam admini-
cula & additamenta distincta, quibus illarum
sustentetur infirmitas & virtus roboretur.
Sol non illuminat sine luce, nec ignis accen-
dit sine calore, nec lapis deorsum labitur sine
gravitate. Nihil est creatum quod sibi ipsi suf-
ficiat, in multis aliena ope indiget. Pictor solâ
manu suâ exprimere in tabula picturam ne-
quit, penicillo opus habet, & variis coloribus
& tela & oleo, & loco & tempore & ingenio
& prototypo & formâ & sanitate, & volun-
tate; solius manus virtus manca est & im-
potens ad probandam industriam suam sine
istis supplementis. Idem dici potest de Archi-
tectis, de hortulanis, de sculptoribus, de sta-
tuariis, de typographis, aliisque opificibus &
artificibus omnium artium, nullum vel ag-
gredi opus queunt sine materia, sine instru-
mentis suis, sine auxiliis & adjumentis neces-
sariis ad artis suæ specimen edendum etsi in
ea bene versati & celebres peritiâ om-
nium hominum atque Angelo-
rum excellant.

* *

AT verò Deus Optimus Maximus alius rei eget Θεός μόνος ανείδης, inquit S. Basilius. Non sic lux distat à tenebris, & rei cuiusvis entitas à privatione, aut negatione, quantum Dei omnipotentia excelsa universis. Nullius ope, nullà materià, nullis instrumentis aut utitur aut eget. Απεριεργός τῶν ὅλων Θεός; ait Theodoretus. Εἰ παύσῃ post, oratione de materià & mundo: ἐπὶ τοῖς ἄλλοις τεκνῆταις καὶ ὅλῃ, καὶ ἔργῳ, καὶ μέντοι καὶ χρόνῳ καὶ πόνῳ καὶ ἐπιτημίῃ, καὶ ἐπιμελείῃ. τῷ τῷ Θεῷ τῇ ὅλῃ τῇ λησις. Non enim quemquam accersit in adiutorem, nec mutuatur quidquā ab alio, sola ejus essentia ipsi sufficit, ut faciat quidquid placuerit, & sicut est per essentiam suam quod est, ita per essentiam suam habet omne quod habet. In hac purissimā & simplicissima essentia continet substantias omnes, omnia accidentia, omnes vires, virtutes, & perfectiones possibiles. Unde sola applicatione omnipotentiae suae, quae ipsa ejus essentia est, immo sola voluntate, inquit Theodoretus potest facere picturam excellentissimam, constructe palatium magnificentissimum, nec ad hoc indiget

diget tempore aut labore operarii aut instru-
 mentis aut materia ulla; solo verbo produ-
 cet ex nihilo novos soles, stellas, elementa,
 Angelos, homines, bestias, imò mundos in-
 numeros hoc nostro pulchriores. Et sicut o-
 mnipotens est per essentiam suam, ita quo-
 que per essentiam suam sapientissimus, mise-
 ricordissimus, omniscius & optimus est. Nul-
 lum in Deo accidens, nihil additum, adjectū,
 nullum sustentaculum aut supplementum
 nullum adiutorium. Nullus in eo reperitur
 defectus, imperfectio nulla, nulla indigentia,
 vacuitas, infirmitas, impotentia nulla. Bona
 omnia tam perfectè possidet in quolibet per-
 fectionis suæ gradu, quàm tota immensitatis
 suæ latitudine, si quid in illo non reperitur,
 nec nomen, nec naturam boni habet, & sicut
 verissimè de Deo potest dici quod mali nul-
 la ratio in eo locum habere possit, quo sensu
 illa Psalmistæ verba de iusto prolata licet at-
 tribuere Deo: *Non accedet ad te malum & fla-
 gellum non appropinquabit tabernaculo tuo.*
 psal. 90. Ita verissimum est nullam boni ra-
 tionem abesse à Deo, alioqui prosequi illud
 posset & appetere ac de novo acquirere. Ve-
 rum nec acquirere quidquam potest, nec per-
 dere omnis expers incrementi, nullius capax
 facturæ, nullius finis, nullius initii, nullius
 aug-

angmenti & profectus, quippe qui est, ut se-
pe jam diximus, ex seipso & per se. Proinde
necessario est omne id quod est, quodque esse
potest, totumque id uno eodemque haberi
modo, quo habet aut habere potest, nimirum
quæcūque excogitari potest, ipse unus idem-
que, & majestas & potentia & sapientia & bo-
nitas est. Nescio quā in eandem jam sepe pe-
labor admirabilium Dei Optimi Maximi
perfectionum considerationem. Profectione
censendis iis pro eā quam inde percipio, me-
tis dulcedine exsatiari haud posse video
quamdiu hoc argumentum pertracto. Ho-
minis opes immensæ non sunt, quia certis
hæreditatis paternæ limitibus definitas acci-
pit; scientiæ mortalium modum habent, qui
studium cuiusque & industria statuit. At Deus
addiscere nihil potest, quia ignorare nihil po-
test: nemo illi conferre beneficium valet, ne-
mo bonorum mensuram ponere, quia prius
rem se aut posteriorem agnoscit neminem
extra illum nihil, nihil supra illum, sed ab ipso
et per ipsum, et in ipso sunt omnia. Verè mag-
nus Dominus et laudabilis nimis et magnitudo
eius non est finis psal. 144. Domine Deus
mirabilis in sanctitate, immensæ majestatis
quàm elevata est magnificentia tua! Quis
enarrabit omnia mirabilia tua! Quam mag-

na felicitas mea regi à Deo tam magno, tam potente, tam amabili, cuius indeficiens bonitas velut turris inexpugnabilis me circumdat ubique & protegit. Ad hanc supremam potentiam ac bonitatem confugiam omni tempore, in omni loco, in omnibus necessitatibus meis. Hinc accipiam consolationem in miseriis meis, firmamentum in infirmitatibus meis, auxilium in tentationibus, patientiam in doloribus, subsidium in paupertate, gaudium in tristitia, fortitudinem & virtutem in omnibus negotiis meis; & certus sum quod non derelinquar. *Deus meus in te confido, non erubescam: in te Domine speravi, non confundar in aeternum* psal. 24.

§. V.

Alia comparationes Dei cum creaturis.

Præterea non incongruè dici potest res creatas non esse, & nihil esse ob varias & consideratione dignas rationes. Et primò quidem quia creatura omnis corruptioni subiecta est & mutationi; nec quidquam creatum est stabile, oritur & occidit, crescit & decrescit. Audi sapientissimum Jobum: *Mons cadens & saxum transfertur de loco suo: laquei excavant aqua, & alluvione paulatim*

Terra

terra consumitur c.14. Immo quid de nobilissimo creaturarum visibilium homine dicat, attende: *Qui quasi flos egreditur & conuritur, & fugit velut umbra, & nunquam eodem statu permanet.* Sic sapientes non incertè vocant Non esse, omne creatum. Sic loquitur Plato in Timæo, Eusebius, Philo, Hieronymus epist. ad Damasum PP. S. Augustinus in bibliotheca Photii, S. Augustinus per illa Christi Domini verba: *Nisi creaveritis quia ego sum, &c.* Res quaelibet, inquit, „si mutabilis est, verè non est; non est enim, ubi verum esse, ubi est non esse, quidam enim mutari potest, mutatum, non est, quod erat; si non est quod erat, peremptum est, ubi aliquid quod erat, & jam non est.

Deinde verò creatura quaelibet limitata habet finitamque essentiam, definita spectat, & differentia quam excedere nequit, non enim quaelibet ex eo quod est talis in se, non est alia res mundi similis aut majoris perfectionis. Homo, exempli causâ humanam naturam habet, non Angelicam, non celestem, non astrorum, non elementorum, non plantarum, non floris, non metalli. Spatium occupat, sed angustum: durat, sed brevi tempore: bona possidet, sed modica: ejus quam obtinet perfectio cum carentia innumerabilium bonorum

id de nobis
homine di
ur & con
nunquam
ates non in
atum. Sic lo
us, Philo.
PP. S. Eulo
ngulimus
Nisi cruce
libet, inquit
non est eam
, quidquid
non est, quod
reptum est
on est.
et limitat
finita spec
e nequit,
lis in se, non
majoris perfe
sa humanam
non celerat
n, non p
ium occurr
tempore; de
uam obtin
erabilium
liam

rum conjuncta est, adeo ut verè dicere li
cat: Hominem esse, est nihil esse, siquidem
finita sunt, quæ homo nec est nec habet.
Veritatem hanc optimè cognovit S. Joannes
Baptista, quo tamen major non surrexit inter
atos mulierum, cum à Judæis interrogatus
quis esset, nihilum suum confessus semper
respondit: *Non sum ego Christus. Elias? Non
sum. Propheta es tu? Et respondit: Non* Joan. i.
Si ulterius interrogando institissent, essetne
Angelus, ex Cherubinis vel Seraphinis unus,
an Sapientia, an Bonitas, an Veritas, an Mife
cordia, an Potentia, vel si quid simile sine
interrogassent, semper respondisset: *Non sum.*
Quam multa non erat? Joannes Baptista e
rat, & idcirco alia non erat; quod erat, erat
quasi nihil esset, quia alia non erat, quæ sunt
finita. S. Paulus id ipsum diserte affirmat:
*Qui se existimat aliquid esse, cum nihil sit, ipse
educit ad Gala 6* Quod hic dixi de homi
nem suo modo dici potest de cælo, de
de Angelis & Archangelis, de Cherubi
s & Seraphinis & rebus singulis, Deo solo
cepto. Adeo ut nihil sit præter Deum qui
et omnia in omnibus Ac proinde verissi
mam est, Deum solum propriè esse. Rectè S.
Bernardus: Deus est suum ipsius & omnium
arum rerum esse, ipse sibi ipse omnibus est

ac per hoc quodammodo solus est. Unde
 meo iudicio sapientius fecere illi qui Deo
 nomen rerum omnium attribuerunt, quam
 qui hominem nominarunt, *omnem carnem*.
 Gen. 6. & manna, *omnem escam* psal. 106. Nam
 Deus multo nobilius in se uno omnium co-
 plectitur rerum excellentiam, quam homo
 perfectionem omnium animalium, aut man-
 na omnis escæ suavitatem. Hoc sensu inter-
 pretes quidam illud sapientiæ: *Hoc quod con-*
tinet omnia, scientiam habet vocis c. 1. Et illud
 Apostoli de se & veris Dei cultoribus dictum:
 Nihil habentes & omnia possidentes scire &
 ingeniosè explicarunt de Deo ipso qui esse
 continet omnia. In hanc rem memoratu dig-
 num est quod refert Plutarchus tractatu de
 defectu oraculorum, ubi secundum explica-
 tionem nostrorum Doctorum Deus vocatur
 magnus Pan, & adjungit, Tiberium Impera-
 torem, postquam cognovisset ea quæ sparge-
 bantur de morte magni huius Panos, curiose
 inquisivisse quis ille esset. Denique S. Augu-
 stinus docet Dei nomen esse hoc admirabile
 Id ipsum, quod tam sæpe repetitur in sacris
 teris præsertim in psalmis Davidicis & pro-
 priè significat Esse, Essentiam, basin & funda-
 mentum rerum omnium, quæ esse non possunt

sunt nisi in Deo solo fundatae. Deinde subdit ad confirmationem nostri Nihili : cetera si cum ipso conferantur, nec ipsa sunt nec illa, sed merum Nihil.

Tertiò, punctum est, inquit Seneca, quod vivimus, & adhuc puncto minus. Idem de creatis rebus omnibus rectè dixeris, quod non nisi momento subsistant. Momentum autem appello omnes seculorum decursus, & temporum ætates jam inde à mundi nascentis exordio præteritorum, si cum interminabili Dei conferantur æternitate, qui fuit ante secularia tempora, nec unquam incepit esse. Sic dixit S. Paulus : *id quod in presenti est momentaneum & leve tribulationis nostra sub modum in sublimitate, æternum gloriae operatur in nobis.* &c. 2. Cor. 4. Responde mihi, ait, Tertullianus, ubi eras durante Dei æternitate, quæ præcedit omnia tempora? *Vbi eras, quando ponebam fundamenta terræ* quærebat Deus à Jobo c. 38. Et ne longè abeamus, ubi eras ante centum annos, ante octoginta? Certè dicere verè non potes tunc fuisse; si enim tunc fuisses, adjungit. Tertullianus, profectò meminisses. Ubi nunc sunt qui nascentur post viginti, post quadra-

ginta, post quinquaginta annos? Quis iam
 novit illos, quis loquentes aliquando au-
 dit? Et tamen hi erunt aliquando, sicut nos
 impræsentiarum sumus, & Deus pro infinita
 sua misericordia vitam illis donabit, sicut &
 nobis dedit. Pro infinita inquam misero-
 cordia sua aptabit illis Deus corpus & animam.
 Nam, ut & hoc obiter discas, Dei in primis
 commendat bonitatem & misericordiam
 prorsus singularem, quod cum clarissime
 multò ante prævideat eorum, quos vitam do-
 nabit, summam ingratitudinem, nefanda scel-
 lera atque flagitia quæ perpetrabunt, ubi pro-
 mum per ætatem licebit, nihilominus tamen
 non secus his ac piis probisque vitam largitur
 atque in auras vitales effusos conservat, pro-
 tegit, educat, bonisque plurimis cumulatur.
 Posset etiam hoc ipso die, hac hora extremum
 mundo indicere interitum. Et sanè si peccata
 hominum consideremus, ea videntur id exo-
 gere. Posset hoc instanti abolere pariter
 que extirpare radicitus omnem idololatram,
 impietatem atque infidelitatem Mahumetanorum,
 hæreticorum & perversorum Christianorum,
 sed connivet adhuc, tolerat, patitur, & ad se
 attrahere aberrantes, ad meliorem vitam
 in invitare improbos non desinit, tamen si
 promoveret. O admirandam Dei misericordiam!

diem ! O perversitatem hominum execran-
dam ! Quis unquam Princeps extitit tantæ
clementiæ ac beneficiæ qui cognita cu-
pisciam è suis subditis malitiâ, & prævidens
fore ut in se animo hostili insurgat tanto po-
tentius quanto majoribus affectus est bene-
ficiis, nihil tamen de suo in illum amore re-
mittat, sed pergat ut filium suum diligere, no-
tis accumulare beneficiis, ut conceptam ani-
mo atrocitatem mitiget, tametsi satis videat
se frustra laborare, imò ob summam efferati
hominis improbitatem accenso igni oleum
sua beneficiâ injicere, unde ingratiſſimus
parricida occasionem potius sumet alios
etiam suæ rebellionis facibus inflammandi,
quam incomparabilem Principis sui liberali-
tatem grato animo agnoscendi.

Denique creaturæ omnes ut sibi consent,
Dei continuo egent influxu, ab ejus solius
gratuitâ pendent voluntate, & sicut verbo
dixit & facta sunt omnia quæ existunt, ita re-
digere in antiquum chaos & penitus destrue-
re atque annihilare potest unico verbo aut
minimo oris, ut sic dicam, sibilo, aut manus
motu, velut si spongiæ levissimo ductu de-
leat universa, nullo ullius rei relicto vestigio.
Quomodo ergo dici potest esse res illa quæ
ab alterius nutu dependet, quæ alterius vo-

luntati potestatique sic est subiecta ut cuius
oculi ictu redigi possit in nihilum? Quomo-
do res illa nomen meretur, quod sit, quare totum
esse quod habet, mutuum habet, alterius be-
neficio tenet, cuius auxilio opus est illi ut
agat, ope ut sustentetur, operatione & in-
fluxu indeficiente ut sit. Quare verissime di-
xit aliquando Deus S. Catharinæ Senensis, id
quod creaturis omnibus pari ratione dici po-
test. Noveris filia mea, quod ego sum quia
sum, tu vero es quæ non es.

§. VI.

*Reflexa dictorum consideratio de Dei maiestate
& hominis vanitate.*

Multò verissimum est Deus Optime
maxime quod tu solus es, & quod es, es
infinite, es independenter, es immutabiliter.
Tu quod es, sine excessu es & defectu, sine
initio & fine, sine termino & mensura; nec
primum habes, nec secundum. Tu es qui ab
omnibus nominaris & omnibus es ineffabi-
lis, quia nomen tuum excedit omne nomen.
Æstimaris, & non potes æstimari, quia pre-
tium tui superat omne pretium, compararis
& non potes comparari, quia es incompara-
bilis, definiris & non potes definiri, quia es-
sentia tua nulla definitione includitur, nec
cir-
ris o-
zenu-
nulli
excit-
primi
cant
verè
est pr-
tutur
si Est;
te pen-
quod
tione
me at-
Futur
ait S-
fra t-
nec
niam
id qu-
inco-
mines
stanti-
subjac-
enim
in sen-
& qui

circumscibitur. Sic duo maxima sui tempo-
 ris oracula loquuntur S. Gregorius Nazian-
 zenus & S. Augustinus. Tu es in toto mundo
 nullibi inclusus: extra universum es nullibi
 exclusus, supra es nec elevaris, infra es nec de-
 primeris. Huiusmodi loquendi modis expli-
 cant Doctores Dei immensitatem. Tu es qui
 verè es, in te enim dicente Augustino nihil
 est prateritum quod jam non sit, nihil est fu-
 turum, quod nondum sit, quia non est ibi ni-
 si Est, omne quod fuit olim, & jam transiit, in
 te permanet stabile & sempiternum; omne
 quod erit aliquando, in te jam est anticipa-
 tione aeternâ, vel ut melius dicam in te sum-
 me atque aeternae Deus nihil est Fuisse, nihil
 Futurum, sed unum esse aeternum. Et inspexi
 ait S. Augustinus l. 7. confe. c. 11. cetera in-
 fra te Deus meus, & vidi nec omnino esse,
 nec omnino non esse; Esse quidem, quo-
 niam abs te sunt: non esse autem, quoniam
 id quod es, non sunt; id enim verè est, quod
 incommutabiliter manet. Idcirco nec ho-
 mines, licet inter corporeas, creaturae prae-
 stantissimae aestimentur, verè sunt, quia variis
 subjacent commutationibus: corrumpitur
 enim iuvenis in virum, inquit Eusebius, Vir
 in senem, puer in juvenem, infans in puerum,
 & qui heri fuit in eum qui est hodie, quique
 est

T s

hodie in crastinum; manet autem nullus idem; quomodo enim si sumus iidem, alii nunc quam antea gaudemus; Alia modo amamus atque odimus, aliis passionibus moveamur, non eandem figuram, non eandem de rebus sententiam habentes? Sanctissimus Iaponiæ Apostolus Franciscus Xaverius scribens ad Patres Collegii Goani docet huiusmodi cogitationibus frequenter pascere animum, esse in eo nutrire firmam in Deum fiduciam & præclaros Christianæ humilitatis sensus, nam quisquis suæ conditionem naturæ bene novit, sibi diffidit, nec in se invenit cui innitatur, sed inde ad supremam Domini sui conversus potentiam & bonitatem, omnem suam in ipso ponit fiduciam, in quo consistit vera animi fortitudo & vita. A te ergo Rex meus & Deus meus, & non ab hominibus in posterum postulabo vires & subsidium in necessitatibus & miseriis meis, quoniam tu potentiam habes ad opitulandum, bonitatem habes ad miserandum, essentiam habes infinitam & durationem æternam, quæ nullamquam deficit; homines verò brachium habent carneum, vitam brevem, imò nullam, quæ ipsa esse non potest vel puncto temporis nisi sustentetur & conservetur à te. Quare *maledictus homo qui confidit in homine* & p-

nit carnem brachium suum, & à Domino recessit cor ejus. Et erit quasi myrica in deserto & habitabit in terra salsuginis & inhabitabili. Benedictus Vir qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia ejus, & erit quasi lignum quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas: & non timebit cum venerit aestus. Et erit folium ejus viride, & in tempore siccitatis non erit sollicitum nec aliquando desinet facere fructum. Jeremi. c. 17.

CAPUT III.

Tertium medium conservandi fiduciam in Deum.

Considerare nos esse opus Dei.

§. I.

Ius Opificis in opus suum.

Nihil rationi conformius, nihil æquius fingi potest jure possessionis quo suum opifex opus à se elaboratum sibi vendicat; nec meliorem quis afferre probationem potest ad rei cuiuspiam evincendum dominium quam si ostendat à se rem factam. Hinc pictores suarum picturarum domini sunt, sculptores suarum statuarum, figuli testarum ac vasorum, omnesque artifices operum quæ arte sua atque industriâ perfecerunt. Hæc vendere pos-

possunt, donare, commedere, consumere atque dissipare, si velint, nec quisquam potest jure contradicere aut impedire; legitime enim possident tamquam laborum suorum ac industriæ foetus, suoque utuntur jure, cum pro arbitrio suo de iis disponunt citra ullius injuriam. Nonne ridiculus esset qui negaret agricolæ quidquam agrum debere quem labore manuum suarum coluisset? Nonne omnis expers humanitatis foret, qui contenderet nihil pertinere ad villicum de grege quem nutritivisset, nihil de arboribus quas plantasset, nihil de frumento, quod seminasset. *Quæ plantat vineam, inquit Apostolus, & de fructu ejus non edit? Quis pascit gregem & de lacte gregis non manducat?* 1. Cor. 9. Parentes vero quamvis modicum quid cum Deo conferant ad generationem liberorum, tantum tamen in illos acquirunt potestatem, ut secundum leges Imperatorum eos in necessitate vendere possint. Et Aristoteles addit, filios minusquam æquale, reddere parentibus suis posse. Quid ergo ô Philosophie nos dignum Deo reddere possumus? Deo inquam, cui plus infinitis partibus debemus quam parentibus nostris Deo, cui innumeris titulis obstricti sumus, qui ex nihilo nos condidit, qui donavit nobis vitam & omnia quæ ad eam spectant.

stant. Deo, qui coelestibus bonis suis ditavit nos, ad imaginem ac similitudinem suam creatis impressa divinitatis suae reliquit vestigia. *Quid retribuam Domino pro omnibus quae retribuit mihi.* psal. 115.

§. II.

Discrimen inter opera & possessiones.

Illud nunc considerandum est, & ut id melius intelligamus, advertendum est, opificum opera non aequali jure illorum esse potestati subjecta, sed quo plus minusve hæc ab illis habent, eo plus minusve ad illos pertinent, & pro ratione juris, possessio & usus variatur. Homo longè alio modo Dominus est suarum operationum, ac thesaurorum, vel domus vel vinearum, vel pratorum, vel census & reddituum. Bona, quæ fortunæ appetamus, extranea illi sunt & accessoria, nec recipiuntur in ænim, nec in corpus; & sicut ab ipso nihil accipiunt, ita sine illo perstant, & remanent plerumque eadem post mortem quæ fuerunt in vitâ, adeo ut hæc ab homine dependere non videantur, quia hic nihil confert ad hoc ut ipsa existant. Unde jus omne dominij, proprietatis & possessionis quod in illa se habere contendit, minùs est quàm quod habet in operationes suas quarum au-

tor est & parens, has producit ex seipso, & ita elicit ut recipiat, manentque ipsæ in eadem potentia, à qua manant; nec vel puncto temporis existunt sine continuato motu atque influxu vitalis facultatis seu interioris seu exterioris: de quibus proinde liberrimè disponit ut supremus Dominus, nec ejus in has imperium vel hominum aliquis vel Angelorum imminuere potest aut tollere, quia ejus arbitrio penitus subjectæ sunt propter summam, qua ab illo uno dependent, necessitatē. Unde vides quā arcta sit conjugatio & nexus causæ cum effectu, & effectus cum causā suā, servituti verò effectus respondet possessionis, proprietatis, dominij atque imperij, quod causa obtinet in effectum, & opifex in opus à se productum. Verum hoc ipsum clarius etiam apparebit, si consideremus alterū discrimen quod est inter ipsius hominis operationes, quæ, cum homo constet ex corpore & animo, tum interiores sunt, tum exteriores tum naturales tum liberæ: Et licet omnium Dominus sit, non tamen uno eodemque modo, sed pro ratione connexionis quam habet cum suo principio, & servitutis quo tenentur debito, hæ operantis juri subjacent. Actus facultatum inferiorum & sensitivarum non semper sunt in hominis potestate, nec enim

ab eius solo dependent arbitrio sed requirunt
objecta apta, organa, tempus, locum, media-
que & circumstantias varias sine quibus ejus-
modi functiones esse non possunt. Potest a-
lius, ne videam, multis me modis impedire
etiam invitum, vel oculos mihi occludendo,
vel eripiendo lucem, vel ipsos oculos eruen-
do. Quare licet habeam videndi facultatem,
hoc tamen officio fungi nequaquam pos-
sum, si visus læsum sit organum, vel desit ob-
jectum, vel non satis præsens, aut similis ali-
qua absit conditio necessaria sine qua exer-
cere actum visionis nullum poterit visiva fa-
cultas, sed otiosa hærebit & iners. Idem dici
potest de alijs sensibus internis externisque
qui simili necessitate plurimum rerum auxilijs
indigent. Ab hac servitute exempti sunt in-
tellectus & voluntas, quæ sunt nobiliores a-
nimæ potentiæ & omnino spirituales, orga-
norum expertes, à quibus proinde non de-
pendent ut sensus, nisi valde remotè & indi-
rectè. Hinc nec bonorum malorumve Ange-
lorum, nec mortalium quisquam potest me
impedire ne velim quod volo, aut ne amem
quod amo, aut ne odio habeam quod dete-
stor. Tyranni quidem & carnifices poterant
SS. Martyrum corpora vi tormentorum &
cruciatuum urere, secare, & mille in partes
di-

distrahere, at in voluntatem eorum nihil unquam potuerunt. Oculos eorum eruerunt ne intuerentur opera Dei, linguas eis radicitus evulserunt, ne laudes Dei prædicarent; aures liquata pice & plumbo opplevēre ne audirent; sed nulla unquam suppliciorum magnitudine eripere illis potuerunt vel Deo placendi desiderium, vel eidem displicendi timorem, vel illum videndi spem, vel propositum scribendi, vel felicitatem possidendi. Extrahere cor illis è pectore potuerunt & corpus ab anima sejungere, at nunquam illis Dei amorem vel à corde tollere aut ab animâ separare potuerunt. Hoc intelligens Apostolus audacter exclamat provocans in se omnes adversarias potestates sive quæ in celo sunt, sive quæ super & infra terram. *Quia nos separabit à charitate Christi tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? (sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die: astimati sumus sicut oves occisionis) Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei*

Dei qua est in Christo IESV Domino nostro. ad
 Rom. 8. De externorum functionibus sensuū
 idem dici non potest, vel pulex irrepens in
 auriculam, potest auditum, vel festuca inci-
 dens in oculum potest visum impedire. Sed
 amplius dico: Deus ipse summè sapiens ac
 potens pro eo quem statuit sibi modum a-
 gendi & conservandi quam mihi semel do-
 navit libertatem operandi, facere non potest
 ut non velim quod volo, vel (quod videtur
 incredibile) ut voluntatem habeam ad ea o-
 mnia extensam ad quæ suam ipse porrigit,
 qua nimirum amem quæ ipse amat, quæ ab-
 omner quæ ipse abominatur, qua velim id o-
 mne quod ipse vult, & placere nolim, quid-
 quid ipse non vult. Mira sanè res! homo mor-
 talis cum immortalis Deo concertat quantū
 ad dominium suæ voluntatis actuum. Mille
 mihi mortes Deus potest intentare, potest
 me destruere atque redigere in nihilum, po-
 test omni membrorum, sensuum & poten-
 tiarum usu me privare: at deicere me homi-
 nem infirmum, caducum & inertem de li-
 bertatis possessione non potest, impedire ne-
 quit quin amem, & amem id omne quod ipse
 amat, & detester id omne, quod ipse detesta-
 tur. Hoc planè ostendit hominem pulcherri-
 mam esse Dei imaginem & non adumbrata
 sed

sed ad vivum expressa in animis nostris esse divinae lineamenta naturae. Vides igitur quæ admodum homo maiore imperio dominetur actibus voluntatis suæ quam sensuum functionibus, hæ enim à multiplicibus dependent conditionibus variisque circumstantiis, à quibus illi sunt exempti: Voluntatis nostræ actus non procedunt nisi ab imperio huius dominatricis potentiae quæ illos producit Creatoris quidem sui fulta adiutorio, sed quod illi nunquam deest, sed præstatur naturæ lege debitum, ad nutum semper & ubique paratum: Propterea si qui superiores in spiritualibus aut temporalibus rebus usurpare sibi vellent quoddam dominium actus nostros liberos qui à voluntate nostra duntaxat, Deoque dependent, si de ijs pro arbitrio ac libitu suo disponere vellent invitis nobis, prorsus operam perderent; huiusmodi enim actus nec alienum sequuntur imperium nec ferro arcentur aut igne. Eo modo uniti atque adstricti sunt illi à quo geniti, suæ vinculo generationis, ut si loqui possent non aliud dicerent, quam alium Dominum se agnoscere neminem præter illum à quo processerunt, à quo sic conservantur, ut si hoc cesset agere continuò & ipsi intercidant pereantque. Quod si in potestate esset, exem-

placuisse, actuum voluntatis meæ alium præter me posse autorem agnoscere, nunquid intolerabilis esset dementia & perversitas, rem aliquam quæ ex mea substantia, suam habet omnem, quæ meo partu effusa, in sinu meo educata adolevit, quæ nutui meo subiecta, nulli alteri debet quidquam præterquam mihi soli, eò devenire, ut me abnegans & deferens, alieno se mancipet; cum ex me vitam habeat & omnia, à me manet & in me maneat necessariò, nec alium respiciat, nec alteri copuletur, quàm mihi soli, nolit tamen se mihi subijcere & adhærere, sed in mei despectum non dubitet alterius sequi ductum, & subdi imperio, à quo nihil omninò acceperit. Hæc quidem sic animo fingi possunt, fieri re ipsa nullo modo possunt, declarant tamen nobis apprimè summum hominis quod esse potest ingrati animi crimen adversus Deum conditorem suum, id quod paucis deinceps ostendam.

§. III.

Creaturarum à Deo Creatore suo infinita dependentia est.

HOc ex ijs quæ dixi arbitror esse manifestum, sed erit adhuc manifestius ex ijs quæ mox subijciam. Multò magis atque perfectius

fectius nos quanti quanti sumus, Dei sumus,
 quam actus voluntatis nostrae nostri sint.
 Enimverò si loqui libet sincerè, à nullo alio
 dependemus quàm à Deo solo, nulli alteri
 quam illi debemus tributum submissionis,
 cum tamen actus nostri non minus à Deo, i-
 mò magis quàm à nobis pendeant. Deus au-
 tor & conditor noster est, non sicut Magna-
 tes mundi, qui creaturas sive alumnos suos
 vocant eos, quos ad honores & dignitates e-
 vèxerunt, quos favore suo sustentarunt, quos
 duntaxat bonis, quos præfectos atque admi-
 nistros suos constituerunt. Ipse opifex noster
 est, non quo modo celebres sunt inter homi-
 nes artifices, qui superbe se jactant de operi-
 bus à se singulari industriâ elaboratis, ad quæ
 tamen nihil contulere nisi motum manuum,
 applicando activa passivis, artisque instru-
 menta certis ductibus regendo, ut quod ipsa
 per sese efficere non poterant, peritiorum arti-
 ficis manu mota exprimant. Ipse Pater noster
 est, non sicut parentes mortales qui proge-
 rant prolem cujus nec corpus nec animam
 norunt, & quantus sit ossium numerus, par-
 an impar, quæ figura, quæ forma, quis locus,
 quis nexus, atque junctura penitus ignorant.
 Verùm Deus ita Creator noster est, opifex &
 Pater, ut nihil sit neque in corpore, neque in
 anima

ci sumus, anima neque in operationibus, neque in po-
tentijs, neque in ijs omnibus quæ quocun-
que modo pertinent ad statum vitamque
nostram, cuius ipse non sit autor, cuius curā
non habeat, conservet ac tueatur, adeo ut si
omnipotentem manum suam, qua nos inde-
linenter sustentat, vel ad momentum subtra-
heret, continuò deficeremus, & quod dixit de
se S. Job, posset de se quilibet dicere: *Fuissẽ
quasi non essẽ*, cap. 10. non modò quo ad vi-
tam hanc mortalem, quam communem vi-
vimus cum brutis animantibus super terram
nec tantum quo ad corporis motus atque a-
nimæ operationes, sed quo ad ipsum, ut sic
dicam fundamentum naturæ nostræ, hoc est
materiam primam, quam Philosophi appel-
lant ingenerabilem & incorruptibilem, &
quo ad illustriorem alteram partem nostri,
videlicet animam, à qua ista animatur & vi-
vit; quàm tum ex fidei divinæ certissimo ora-
culo, tum clarissimo rationis lumine cogno-
scimus immortalem, omnis expertem mate-
riæ, nulli obnoxiam corruptioni Deus siqui-
dem non dat solum corporibus nostris colo-
rem, decorem & speciem quæ in homine vi-
vo extrinsecus relucet, nec tantum vitam fo-
vet & functiones internas animarum nostra-
rum, sed pertingit usque ad imum rerum fū-
dum

dum, ait S. Augustinus, ita ut nihil nostri non curet, & ad id potentiam suam confert & magnitudinem, ut vel minimam naturæ nostræ particulam conservet & ab interitu vindicet. Et si nosse vis, quo pacto in nobis Deus laboret (quamvis sine omni labore) audi Terullianum explicantem nostrō loquendi more, quantum studium atque operam Deus impenderit ad formandum perficiendumque protoplastum hominem, quod de aliarum quoque rerum productione suo modo intelligi potest. Recogita, inquit, totum illi occupatum, ac deditum sensu, opere, consilio, sapientiā, providentiā & ipsa in primis effectione quæ lineamenta ductabat. Pammilius eripendit vocem istam: deditum, quam dicit singularem habere emphasim, sic autem eam interpretatur: Deus tantā curā atque industriā se impendit in condendo homine ut totum se illi tradiderit, in eo totus fuerit atque occupaverit vires omnes ac studium, perinde ac si nihil aliud habuerit agendum, eō contulit omnem operam, cogitationem, manum, oculos, cor, denique totum se insumpsit in elaborando, stabiliendo, conservandoque hoc principio opere suo, ut proinde iure optimo illi debeatur non solum imperium, dominium, gubernatio, & directio hominis, verum etiam

iam proprietas & possessio perfectissima, & absolutissima quæ excogitari potest. Hinc quoque consequitur ut Deus hominem velit in manibus portet, præ oculis habeat, gestet in corde, in omnibus divinis operationibus suis attingat, inde enim prodijt, hic sine intermissione degit, hinc sigillatim sumpsit, quidquid habet. Quæ cum ita sint quis non videt actus, intellectus, voluntatisque nostræ tam arcto necessitatis vinculo non esse connexos cum intellectu, & voluntate, à quibus suam ducunt originem, quanto nos Deo adstricti sumus in omnibus & singulis quæ sumus, quæque habemus ac possumus. Quis ergo satis explicet summam hominum perversitatem qui nolunt grato animo agnoscere, quanto pere à Deo pendeant, aut eorum cæcitatem qui in alio potius spem suam collocant, quàm in eo à quo totum est quod habemus, & à quo sperare licet, quidquid nobis deest. Hoc erit argumentum duplicis fructus ex hac consideratione positâ decerpendi qui continet praxin exercendæ in Deum fiducia.

Tituli qui nos obligant ad gratitudinem & Fiduciam in Deum.

HOs paucis S. Bernardus verbis complexus est. Totum ergò, inquit, quod es, illi debes, à quo totum habes: illi præcipue Domino qui & te fecit & benefecit tibi, qui tibi ministrat siderum cursus, æris temperiem, fecunditatem terræ, fructuum ubertatem, huic revera totis medullis, totis viribus serviendum, ne forte indignationis oculo te respiciat & despiciat & conterat in æternum. Cui igitur servient facultates animæ nostræ, si non cognoscendo & amando Deo benefactori nostro? Cui linguæ & sermones nostri, si non illi laudando & glorificando? Cui impendimus vitam nostram, vires, conatus, & studia nostra, si non ad serviendum illi qui *habet flatum nostrum in manu suâ, & omnes vias nostras.* Dan. 5. Si molestè ferimus servum hero suo immeritorum; quàm erit indignum creaturam ratione præditam repugnare Creatori suo? Si monstro simile habetur reperiri in societate civili filium patri suo dissidentem, quàm potentum sum erit hominem non confidere Deo suo? Fuitne unquam herus qui servum suum

produxit ex nihilo, aut potuit afferre interitum advertendo duntaxat oculos suos ab illo? Fuitne umquam Pater qui assiduo influxu suppeditavit filio suo vitam, sensum & motum omne: cui paterno opus fuit auxilio ad ambulandum, ad videndum, ad loquendum, ad cogitandum, adeo ut sine ope ejus membris omnibus captus, expers sensuum ac stupidus remanere filius cogeretur. Quid si liberi tantopere à suis dependerent parentibus, quantum illis deberent honorem, amorem? quam varia obsequiorum genera deferrent? Et si hoc unum exigerentur ad obtinendum ab illis semper paratum auxilium, ut filialem semper erga illos conservarent fiduciam; quam semel illi animo conceptam retinerent semper stabilem? quam invictam? quam generosam? Nos sanè hoc modo pendemus à Deo, qui & affirmat & firmissimè pollicetur, fiduciam habuerimus in ipso, non accedet ad nos malum & flagellum non appropinquabit tabernaculo nostro. Ubi sunt igitur obsequia nostra, ubi fiducia, quam tot tamque gravibus titulis à nobis exigit? imò quid dicemus de hominibus istis quorum innumerablest numerus, qui obliviscuntur Dei creatoris sui, tametsi non ignorent debiti sui obligationem? Et obliviscuntur non unâ

V

aut

aut alterâ horâ sed pluribus diebus, hebdomadibus & mensibus. Et non obliviscuntur modò, sed offendunt etiam graviter & in Deum injurii atque impii sunt quem omni veneratione ac cultu observare tenentur, & quæ ab illo beneficiorum loco acceperunt, his ipsis eum inhonorant. Primus ingrati animi gradus est juxta Senecam *l. de benef. c. 1.* non reddere beneficium ei, à quo acceperis. Secundus oblivioni tradere & nomen benefactoris & collatorum beneficiorum memoriam. Tertius & omnium maximus est, reddere malum pro bono; nec quò progreditur hoc crimen videtur habere. Sed fallere bone philosophæ, habet ingratis simorum hominum malitiâ quo progreditur; nam propria bona quæ de beneficâ Dei manu largè effuse quæ susceperunt, in malefacta vertunt & instrumenta nequitiae. O perfidiam & opprobrium naturæ humanæ! Quis unquam repertus est homo, qui talem se exhibuerit homini, quales se præbent homines Deo. Nunquam extitit homo tam inhumanus ac barbarus qui suo Principi bellum intulerit illis ipsis quæ ab eo perceperat, liberalitatis stipendiis; & alterâ manu sumpserit in illum arma, & alterâ susceperit ab illo donativa. Et tamen hoc ipsum quotidie in Deum committitur.

mittimus: gloriam ejus pessundamus iis me-
diis, quibus eam promoveri deberemus: lin-
gua quam accepimus ab illo ad ipsum laudā-
dum, abutimur ad blasphemandum nomen
sanctum ejus, ad detrahendum famæ proxi-
mi, ad mentiendum: cor convertimus ad
concupiscenda odia, homicidia, adulteriā: vo-
luntatem ad amandum, quæ ipse præcepit
odio haberi, aut ad detestandum quæ jussit
nos amore prosequi. Valetudine, robore cor-
poris, divitiis abutimur ad desideria Carnis
implenda, ad prædandum, ad rapiendum, ad
lasciviendum. *Dedi ei frumentum & vinum
& oleum: argentum multiplicavi ei & aurum,
quæ fecerunt Baal: queritur Deus per Pro-
phetam, Ose. 2. Quam multi etiamnum solis
face abutuntur ad exercendas, nocte ad oc-
cultandas, terrâ ad sustinendas, & creaturis
omnibus ad fovendas & promovendas ne-
quitias suas? Generatio prava atque perversa,
laccine reddis Domino popule stulte & insi-
piens? Nunquid non ipse est Pater tuus, qui pos-
sedit te & fecit, & creavit te? Deut. 32. Hæc
omnia si pro ut par est, animo attentiore con-
siderentur, quam salutaria sunt ad injiciendū
nobis pudorem & ingenerandum studium: ea
quæ Deo conditori ac benefactori nostro de-
bemus, obsequia deferendi concipiendique*

fiduciam ingentem erga divinam ejus bonitatem, quâ tot tantisque nos cumulat bonis & obstringit sibi indissolubili nexu omnium motuum, functionum qualitatum, potentiarumque naturæ nostræ, & omnium quæ ad eam pertinent bonorum.

§. V.

Alia obligationes ad habendam in Deo fiduciam obtinendi ea qua nobis desunt.

Cum non simus nisi initium aliquod creaturæ Dei ut S. loquitur Apostolus Jacobus, multò plura supersunt conferenda nobis à munificentissimo Deo ac Domino nostro, quam collata sint bona. Sapientissimus mundi hujus architectus voluit non uno simul tractu nos princeps opus suum, absolvere, sed paulatim certis incrementis expolire atque perficere, itaque prima dumtaxat lineamenta ducere ut, quid desit nobis agnoscentes, artificem ejus manum imploremus, & quod coepit, ipse perficiat. *Manus tuæ fecerunt me & plasmaverunt me.* agebat David, *psal 118. da mihi intellectum.* Tu Domine posuisti in terra vitam meam, ut in cœlum educas me & colloques me cum principibus populi tui, cui cum aggregatus fuero, nihil mihi deerit, sed habebō omnia necessaria,

quæ modo defunt; sed pro his ad quem aliū
 confugiam? Quis præter te habet ad perficiendum hoc opus quod fecisti? Tu cœpisti
 me, manus enim tuæ fecerunt me, quando
 pelle & carnibus vestisti me, ossibus & nervis
 compegisti me, à te quoque exspecto ut tribuas
 mihi quod deest, & induas me vestimēto
 gloriæ tuæ, sine qua initium sum aliquod,
 non opus perfectum dexteræ tuæ, quod tunc
 tandem absolves, cum gloriā & honore immortali
 circumdabis me. Hæc spes reposita est in sinu meo,
 hanc de tuā liberalitate immensā concipio
 fiduciam, cum enim affluenter dederis ea quæ
 possideo, non negabis, quibus careo. Pulli &
 agnelli cum primum in lucem editi sunt,
 sequuntur matres suas, lateri earum adhærent
 individui comites, & quisque suam agnoscit
 nutricem & discernit inter omnes alias,
 noctu atque interdiu illis adsunt, nec facile
 patiuntur separari se ab illis; & sanè si loqui
 possent, hoc dicerent: Hinc vitam duximus,
 hinc subsidium vitæ & incrementum speramus
 & quærimus, quæ dedit quod habemus, dabit
 reliquum quo indigemus. Pisces sponte non
 deserunt aquam, quia in eā nati & educati,
 quod si inde extrahantur, torquent se usque
 ad mortem, nisi cito remittantur. Plantæ
 altas deorsum in terram

ram radices agunt, & sursum ramos suos extendunt solem versus & cœlum, nam ab his duabus causis primum producuntur, & incrementum exspectant. Et ego Domine Deus unice vitæ meæ autor, quem confiteor quem veneror, dextera enim manus tua & non alius, animam meam de nihilo condidit, & formavit corpus meum ut impetrem quod deest mihi, in quo alio ponam spem meam obtinendi ea quæ necessaria sunt in futurum, nisi in te à quo tot tantaque jam tum recepi, quæ custodis me quotidie ut pupillam oculi tui, ne peream & recidam in nihilum meum?

Manus tua fecerunt me & plasnaverunt me, da mihi intellectum. Tuus sum ego, saluum me fac. Si quæ pictura loqui posset, cuius artificem manum imploraret nisi ejus à qua primis adumbrata fuit coloribus? si quæ statura aut oculos aut nasum, aut manus aut pedes aut aliam majoris momenti partem haberet minus expolitam, quid faceret, si defectum suum agnosceret, nunquid regis cuiuspiam aut principis exposceret opem? Nunquid philosophum aut oratorem adiret ut extremam sibi manum apponeret? Nullus horum utpote huiusmodi artis rudis illi posset succurrere; sed omnis ejus spes sita foret in statuario ipso à quo sculpta, hunc conveniret,

hunc obtestaretur enixè ut cœptum opus
 suum perficeret ac perpoliret. *Manus tua fe-*
cerunt me & plasmarunt me: da mihi intel-
lectum. Hanc excellentissimā arbitror praxin
 divinum implorandi auxilium cum firmissi-
 mā spe ab immensā Dei bonitate impetrandā
 quidquid nobis necessarium petiverimus.

CAPUT IV.

Quartum medium conservandi nostram in
 Deo Fiduciam.

Omnibus Dei mandatis religiosè obedire.

§. I.

Magnum discrimen inter mandata Dei &
hominum,

Nemini dubium esse potest quin inter
 præcepta Dei & hominum, magnum
 discrimen intercedat; homines enim si quid
 imperent rationi dissonum, præcipiendo
 conformare rationi non possunt: si quid præ-
 cipiant difficile & arduum quocunque modo
 urgeant eos, quibus imperant, his vires & in-
 dustriam addere nequeunt ad exequendum,
 aut difficultatem rei præceptæ tollere. At
 cum divina sapientia quæ est regula omnis
 rectitudinis, quam comitatur justitia, Auto-
 ritas & Omnipotentia, suis nos dignatur ho-
 norare

norare mandatis, tametsi speciem aliquam
 rigoris ac difficultatis præ se ferant; quando
 tamen iis parere conamur, tantam continuo
 experimur suavitatem ac facilitatem, ut vere
 dicere possimus, plus esse delectationis in o-
 bediendo Deo quam in imperando homini-
 bus, optandumque esse ut quæcunque illi
 placuerint, imperet, quando tam facile est ac
 suave cunctis ejus parere mandatis. Homi-
 num etiam nemo est tantæ autoritatis in sub-
 ditos suos, ut his per illum non liceat iussa
 ejus examinare, dummodo quod præcipit
 nec limites excedat rectæ rationis, nec vires
 obedientis; ab hujusmodi enim præceptis
 hominum jus quemque naturæ eximit, cum
 necessitas legem non habeat, nec natura suam
 patitur violari ab eo qui & ipse in suis man-
 datis naturæ subjacet imperio. Solius est Dei
 uti supremâ hac atque absolutâ potestate ju-
 bendi, quodcunque illi placuerit in omni re,
 & imperandi nobis cœcam obedientiam quæ
 excusationem omnem rejiciat. Ejus siquidem
 mandata regulæ nobis sunt prudentiæ &
 subministrant etiam vires ad obtempera-
 dum necessarias. Sicut ergo ad fidem habenda
 rei cuiusque, hoc unum satis est scire à
 Deo dictam, ita ad eandem opere complen-
 dam, sufficere debet esse à Deo imperatam.

Fides

Fides & Fiducia in Deum una ferè virtus censentur quæ duas habet functiones diversas. credere & facere, sed in utraque æquè potens, unde licet res sibi habeat propositas quæ rationem excedunt, iis tamen fides firmissimū præbet assensum utpote revelatis à Deo qui nec fallere sive mentiri, nec falli potest. Cur non etiam Fiducia impellat ad executionem rerum quantumvis viribus nostris superiorum, quando eas Deus summè sapiens, summeque potens imperavit. *Quodcumque dixit vobis. facite*, monebat prudentissimè Virgo sapiens ministros in nuptiis Canæ, quando iis Christi Domini iussa quæcunque nullo adhibito examine volebat esse summæ curæ. Joan. 2.

§. II.

Dua veritates necessariae.

Aurea hæc est regula Sapientissimæ Domini ac Magistræ nostræ ad quam nostram in Deum fiduciam conformare oportet. Sed priusquam eam applicemus, duo necesse est in memoriam revocare principia omnibus indubitata qui vel primis fidei rudimentis tincti & aliquâ divinarum cognitione perfectionum imbuti sunt. Primum est quod sicut sine Dei auxilio non possum nec manum movere,

movere, nec linguam, ut jam olim verissimè
 pronuntiarunt Propheta regius & Gentium
 Doctor, psal. 138 1. Cor. 12. ita *omnia possum in*
eo qui me confortat adeo ut nihil tam arduum
 atque difficile mihi possit objici, quod divi-
 nâ nixu ope & gratia adjutus non facile quæ
 perrumpere ut iidem Sancti Spiritus inter-
 pretes alio in loco testantur, psal. 17. ad Philip.
 14. Alterum est, Dei providentiam & mise-
 ricordiam non minorem esse ejus Potentiâ;
 idcirco nullum imponet præceptum homi-
 nibus, quin addat auxilium necessarium ad
 servandum, alioqui multò ageret inhumani-
 nus quàm olim Basilides ille Moscoviæ Rex
 qui subditis suis imperabat ut summâ hyeme
 phialas ad se afferrent sudoribus suis plenas,
 gressus singulos numerarent, prohiberent ne
 quis vestigiū poneret in terra à se semel cal-
 catâ. Simile quid narrat R. Benjamin in itin-
 rario de rege Albagassi. Ex his principiis po-
 sitis velut solidissimis fundamentis conse-
 quens est, ut quotiescunque mihi Deus im-
 perat aliquid, exempli causâ diligere inimi-
 cos meos, benefacere illis, preces ex animo
 fundere pro eisdem, sine dubitatione ulla as-
 sistet mihi hoc in opere, quippe quod ex-
 qui nequeam sine ejus gratiâ, quæ gratis mi-
 hi ultra naturæ debitum concessa vel ad pro-
 piam

nuntiandum sanctissimum nomen ejus necessaria est, sine qua nec cogitare de bono opere valeo ut oportet; destitutus verò concursu ejus consueto, instar arboris aut statuæ persisterem omnis expers motus & vitæ functionum. Nec minus alterum est infallibile, quod si auxiliatricem mihi manum Deus præbeat opemque ferat ad id quod facere intendendo necessariam, quodcunque fuerit, etiamsi humanis viribus majus videatur, exequi omninò potero, si volo; & mihi imputari debet, si careat effectu.

§. III.

Quam dispari modo recipienda sint præcepta Dei ac hominum.

Quare persuadere sibi Deum nobis imponere præcepta gravia & difficilia, & destituere tamen auxilio ad exequenda necessario, est fingere sibi Patrem optimum ac misericordissimum instar tyranni, & crudeliorem credere in servos suos quam ipsi barbari sint in bestias.

Ideoque si quid de nobis pro arbitrio suo constituat, haud est permissum examinare, utrum præstare possimus nec ne, quandoquidem certi sumus una cum præcepto daturum virtutem ad exequendum. Deus mihi

adjutor, fiducialiter agam & non timebo, dicebat David. Neque etiam licet inquirere, num quod jubet Deus, sit rationi nostræ consentaneum, aut ordinato naturæ cursus, siquidē ipse neutrius lege tenetur. Et in hoc dicebamus supra, consistere discrimen præcipuum inter obedientiam quam Deo debemus & quam deferimus hominibus. Si quid homo præcipit, non satis est mihi nosse quod regio fulgeat coronatus diademate, aut sacra sit insignitus thiarâ, quod parens meus sit, quod Dominus meus, quod Dux meus, aut quod imperare mihi possit pro potestate quam habet, quæcunque illa sit; sed præterea considerandum mihi est, num forte quod jubet, sit alienum à ratione, sit iniquum, injustum, *ἀδύνατον* perniciosum salutis & perfectioni animæ meæ. At cum Deus mandatum quodcunque tradiderit, ejusque habeam voluntatis certissima argumenta, continuo obsequendum est animo quàm promptissimo, nullâ examinis interpositâ morâ; & certâ cum fiducia vires non defore mihi, sed copiosam de cælo opem affuturam quâ exequi valeam quod jubetur. Tantum verò abest ut contra rationem agam aut prudentiam entendo obedire Deo etiam in eo quod rationem superat, & prudentiam humanam, ut
potius

potius maxima hæc sit laus rationis, & prudentiæ summa perfectio, obedire Deo in eo quod est supra rationem ac prudentiam ac nostram. *Quodcumque dixerit vobis, facite.* Hæc divina sapientiæ & politicæ rationis regula est quam sapientiæ mater & magistra sapientissima nobis tradidit. Fac securè, quidquid Deus imperat, fac sine contradictione, fac sine exceptione noli metuere ne erres aut confundaris obtemperando Dei præceptis, licet humana prudentia objiciat tibi nescio quam difficultatis aut absurditatis aut impossibilitatis speciem. Itaque si imperet tibi ut sisas cursum solis, aut super maris undas ambules, ut transferas montem de loco in locum, ut aquam exprimas ex pumice, noli tergiversari & dicere. hæc præcepta excedunt naturæ vires. Nam Deus horum autor & iussore vel hitte extra naturæ limites & jurisdictionem, jubendo res quæ supra naturam sunt, & superiorem se constituit naturæ legibus. Quod si principes Ecclesiastici & sæculares possunt jus canonicum, aut civile, quod condiderunt, relaxare, & ab ejus obligatione eximere quos volunt, quidni idem possit Deus in lege naturæ quam constituit in omnium ordine atque inclinationibus creaturarum?

Praxis hujus medijs.

His ita positjs ac stabilitjs videamus nunc qua ratione in rebus singulis atque negotijs uti fructuosè possimus allatis principijs. Deus commendat mihi & præcipit tum divinis inspirationibus suis tum exemplis aliorum, tum expressis & repetitis mandatis, ut sibi eleemosynam dem in personâ pauperum & egenorum, sponcione interposita, nihil inde damni accepturas fortunas meas, sed se redditurum mihi suo tempore cum fœnore quidquid benevolo liberalique animo in egentes suo nomine effudero, & ad remunerationis cumulum exacto vitæ mortalis curriculo donaturum mihi cœlestium bonorum thesauros & gloriam immortalem. Contrà assurgit humana prudentia Dei se jussis opponens, admonet non esse deserenda præsentia, spe futurorum, nec dimittenda certa pro incertis, nec hæc quæ videntur commutanda pro ijs quæ non videntur. Non esse jam tempora quibus Deus miraculis Eleemosynas compenset; si hodie dem nummum pauperi, cras alium alteri, & sic deinceps alijs alios sine fine, imò si vel teruncium donemini, qui se quotidie ingerunt pauperum tur-

ba, non est dubium quin paulatim crumena
mea exacuabitur, tunc verò sera erit parsimo-
nia in fundo. Huic insipienti humanæ pru-
dentia respondendum. Quid ita? num menti-
tur Deus & fallit in suis promissis? Num alia
nunc sunt tempora nostra quàm fuerint ma-
jorum nostrorum? Numquid abbreviata est
manus Domini? Et quidnam est hoc? Deus
suadet & præcipit Eleemosynam: homo dis-
suadet & improbat; cui credam, aut cedam?
An iustum est hominem potius audire quàm
Deum? Nonne æquius est Dei sapientiæ o-
bedire quàm mundi stultitiæ, qui innutritus
erroribus consilia Dei & Conditoris sui im-
peria sanctissima nunquam desinit impug-
nare, sicut Deus ipse sæpe in sacris litteris ju-
stissime queritur de incredulitate atque dif-
fidentia populi sui. Quid igitur faciam? Lo-
quar ad Deum meum & dicam illi: In jacturâ
bonorum meorum, honoris & famæ, vitæ &
incolumitatis sit Deus benedictus; comple-
bo iussu ejus & fidelem atque obedientem
me præstabo in omnibus quæ præscripserit
& præceperit mihi. Dicam cum S. Augustino
manda Domine quidquid placuerit tibi, quia
dabis mihi virtutem & gratiam ad obsequen-
dum; si præceperis, facies etiam ut in præce-
ptis tuis ambulem; nec quidquam mihi oc-
cur-

curret tam amarum, quod non deglutiam, nihil tam asperum, quod non amplectar, nihil tam longum quod non percurram, nihil tam intricatum quod non evolvam. Dicam cum Apostolo: *Omnia possum in eo qui me confortat.* ad Philip. 4. Ecce venit ad me mundi Philosophia & conatur persuadere mihi argumentorum vi & multitudine exemplorum, ut tempus omne divitijs conservandis impendam, ut provideam liberis meis, ut dilatam domum meam & horrea maiora faciam, ut nominis existimationi studeam; nihil enim esse jucundius optabiliusque quam gratiâ & honore florere inter homines, beneficijs obstringere sibi amicos plurimos, vindicare se de inimicis suis. Inde vero clamat ad me Deus & gravi oratione intonat super me *Stultè hac nocte animam tuam repetunt à te, qua autem parasti cujus erunt?* Luc. 12. Quid in inferno proderunt tibi opes & honores? *Quid proderit homini si lucretur mundum totum. & detrimentum anima sua faciat?* Mar. 8. *Quarite primum regnum Dei & iustitiam eius: & hac omnia adjicientur vobis.* Matth. 6. Leges mundi me docent ut non inultum patiar abire hominem. à quo indignissimis modis tractatus sum: ut par pari referam, dentem pro dente, oculum pro oculo; honore pul-

nullo, amore nullo prosequar sed immortalī
odio detester tam malè de me meritum: oc-
casionem nullam prætermittam quā nocere
illi non studeam, negotium ejus nullum ad
me afferatur quod non pessundem. Contra
verò sanctissimæ Dei leges jubent, *diligere i-
micos nostros, benefacere his, qui oderunt nos
trare prosequentibus & calumniantibus*
nos. Matth. 5. Cui parebo? Profectò nisi insaniā
& si vel scintilla in me vivit fiduciæ in Deum,
qui iustissima hæc mihi imperat, deliberatio-
ne nulla opus est, deceatne me legibus Dei
Creatoris mei conformare, an mundi hostis
jurati salutis meæ. Sed objicit, quid respon-
debo ijs qui me tanquam stupidum & hebe-
tem arguent, quod hominem ob multas mi-
hi illatas injurias iustissimæ vindictæ obno-
xium dimittam inuitum; increpabunt vel stu-
pidiorem trunco vel timidiorem foeminā,
vel puero imbecilliozem, qui nihil sentiam,
nihil audeam; nihil valeam. His ego respon-
debo, si inter paganos & idololatrias educa-
tus essem, nec meliore Evangelij doctrinā es-
sem imbutus sanè non continerem passiones
effrenes atque indomitas, sed sicut illi laxa-
tis habenis quamprimum in eos à quibus la-
sus essem, desævirem acerbius. Verum lex
Dei omne est consilium meum, hæc jubet re-
pri-

primere naturæ motus, dominari appetitui
 oblivisci injuriarum, potius egregio magna-
 nimitatis actu, quàm vindictæ cupiditati vili
 iracundiæ motu satisfacere. Dicam cum Pa-
 ralytico qui sanatus à Christo Judæis repre-
 hendentibus quod Sabbatho die, quem illi
 summâ religione observabant, lectum suum
 ut iussus fuerat, deportaret in domum suam,
 respondit: *Qui me sanum fecit, ille mihi dixit:*
tolle grabatum tuum & ambula. Joan. 5. Qua-
 si diceret: is qui solo verbo inveteratum tri-
 ginta octo annorum morbum à me depulit,
 sanè novit melius quid mihi liceat, quàm vos
 Ille diuinus medicus mihi dixit: tolle graba-
 tum tuum, quid vestra refert; Num qui tot
 annorum paralyfium curare potuit, à sabbathi
 observatione eximere me non debuit neque
 potuit? Porro si mihi mundus suis suggestio-
 nibus molestus fuerit & infusurraverit: vis
 felix vivere, bona plurima undique congre-
 gare non cesses: ecce istic opulenta viduæ
 prædia, illic villas & agros fertiles pupilli, in-
 vade per fas nefasque: tua sunt, si vis, amba-
 bus manibus, quæcunque potes arripe; cir-
 cumspice in omnem partem, ut semper bona
 tua accumules, nunquam dic, sufficit; donec
 abundes omnibus & dicas animæ tuæ: *Ani-
 ma habes multa bona posita in annos pluri-*

mos;
 Huius
 dece
 sang
 liffit
 hiar
 quæ
 cura
 Quo
 for:
 mul
 vi op
 nues
 detra
 quar
 opia
 bis t
 alijs
 bis. I
 est a
 leem
 quic
 Quo
 grav
 di ej
 Den
 de in
 huius

mos; requiesce, comede, bibe, epulare. Luc. 12.

Huic tam fallaci consiliario dicam : non sic decet; qui creavit me & redemit me pretioso sanguine suo pro me effuso & morte crudelissima eripuit de tyrannide diaboli, vetuit inhiare caducis hujus vitæ bonis, æterna potius quaerenda monet, & majorem salutis animæ curam habere quàm domus amplificandæ. Quod si denuò ingerat idem maleficus suavor: vide quid agas, si tantas & toties & tam multis eroges pauperibus eleemosynas, breviopes, quas non habes immensas, immunes atque exhauries, tantum tibi quotidie detrahis, quantum alijs tribuis; veniet aliquando dies quo te oppressum miraberis inopia & pro liberalitatis mercede comparabis tibi mendicitatem, & quàm largè dabis alijs quotidie stipem ostiatim ipse corrobabis. Respondebo denuò fidenti animo: sapiens est ac omnipotens qui jubet suo nomine eleemosynas dare, hujus munere possideo quidquid meum est; hic pollicitus est mihi: *Qui dat pauperi, non indigebit,* & sanè plures gravesque mihi rationes suppetunt fidenti ejus promissis, quàm tuas minas timendi. Denique si mihi similes cogitationes injiciat de inimicis meis, de voluptatibus & delicijs hujus vitæ & alia hujusmodi tentationum
argu-

argumenta proponat, hoc unicum opponam
 Qui me condidit, qui me redemit, qui me ab
 æterno dilexit, ille mihi dixit: Dilige inimi-
 cos tuos, tolle crucem tuam, age pœniten-
 tiam, castiga corpus tuum, odio habe animā
 tuam in hoc mundo ut in vitam æternam
 custodias eam. Numquid dignum & iustum
 est illi obedire, non solum in rebus facilibus
 & iucundis ad quas ipsa ex se natura propen-
 deret, etsi præcepta non sint, sed etiam duris
 in rebus & asperis, carni & sanguini inuis ac
 molestis, quanquam si quid amaroris habent
 gratiæ suæ dulcedine sic mitigat ac condit
 ut iucundum sit potius in huiusmodi rebus
 illi posse obedientiam præstare.

§. V.

*Dei agendi modus contrarius est modo agendi
 hominum.*

VT hanc praxin naturæ nostræ non pa-
 rum adversam melius commendemus
 & reddamus faciliorem ad quotidianum ex-
 ercitiū revocandum est in memoriam alias
 esse vias Dei longeque diversas à vijs homi-
 num; sæpè enim Deus modum agendi servat
 prorsus contrarium illi quem ratio aut pru-
 dentia humana eligeret ad eundem finem
 consequendum, Apertè id explicat Apосто-
 lus

lus: *Qua stulta sunt mundi, inquit, elegit Deus ut confundat sapientes, & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia, & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea quae non sunt, ut ea quae sunt, destrueret* 1. Cor. 1, 1. *isdem penè verbis Ecclesia inchoat quandam orationem: Deus qui infirma mundi eligis ut fortia quæque confundas. Ex veteri testamento constat electos à Deo Prophetas bubulcos, pastores ovium, agricolas; hos mittebat ad populum suum, aut in gentem Deo rebellem, ut his Dei verbum minasque prædicarent, quibus tantam virtutem contulit ut qua voce antea ad armenta gregesque fuerant usi, ad eandem reges potentissimi contremiscerent. Ad novam porro legem promulgandam orbi universo & legem quidem receptis tunc passim hominum moribus ac ritibus contrariam, legem quæ jubet sceptrum & fascem cruci submittere, non misit ex Angelorum hierarchiâ Cherubinos aut Principatus, nec mundi sapientes, nec potentes in terrâ; sed piscatores elegit, homines rudes & indoctos, purgamenta huius mundi & omnium peripsema 1. Cor. 4. qualia ipsi sibi nomina non erubescunt tribuere. Et tamen huiusmodi Apostolorum ministerio quanta effecit? Nimirum quæ vel ipsi admirantur hostes & orbis*

orbis stupet universus. Hi superarunt disertam Oratorum eloquentiam, subtilitatem Philosophorum confuderunt, Regum vicerunt potentiam, adversantium Evangelij promulgationi vires fregere. Ut cæco nato visum restitueret, luto linivît oculos ejus, quod magis valet ad excœcandum. *Ioann. 9.* Gedeoni ducenti contra Amalecitas præcepit retentis virorum duntaxat trecentis reliquum exercitum multorum millium dimittere, hos innumerabili hostium multitudini opponere, quid aliud videbatur quàm in prædam exponere? *Iud. 7.* Elifæus Dei iussu ut aquis Jerichuntinis amaritudinē tolleretur, misit salem in fontem illarum. *4. Reg. 2.* Isaias ut ægrotantem Ezechiam Regem curaret posuit super ulcus ejus massam ficorum. *4. Reg. 20.* Deus cum ditare vult quempiam opibus, suggerit ut largas eroget Eleemosynas; cum ad dignitatem aliquam evehere, prius servitute & ignominijs præparat. Denique nescio an melior ratio reddi possit cur sæpenumero concipiantur consilia rectissima media adhibeantur optima, ut videtur, & studia opportunissima, videamus nihilominus successum infelicem & luctuosum, nisi quia Dei modus agendi & ordo adversatur humanæ prudentiæ, & placet Deo hominum

num consilia evertere, quando his sibi secure inniti videntur Ex quo tantò maiorem debemus concipere fiduciam in Dei providentiâ, quantò media, quæ nostri causâ adhibet, videntur fini intento minus proportionata. *Quodcumque dixerit vobis, hoc facite.* Enitatur quantum in nobis est, quidquid imperatum fuerit, magnâ cum fiducia exequi omni abjecto timore. Deus ipse sanctissimæ matris filij sui verba confirmat, dum non recusare se ait per Prophetam ut sibi exprobetur si promissis non steterit. *Quarite iudiciû subvenite oppresso, iudicite pupillo, defendite viduam. Et venite, & arguite me, dicit Dominus, Iai. i.* Quasi dicat: Si non reddidi vobis bona mei causâ beneficientibus, si vobis defui penuriam passis, arguite liberè fidelitatem meam, accusate providentiam meam, quod vestri curam abjecerim, negate potentiam meam, quia succurrere vobis non valui, reprehendite iustitiam & bonitatem meam, quod merita vestra atque obsequia ingratus contempserim.

§. VI.

Exempla cœca obedientia Deo præstita.

Cum populus Israëliticus durissimâ Ægyptiorum servitute oppressus mandatum

tum accepisset à Deo egrediendi ex Ægypto, nemo ex ingenti illa hominum multitudine (nam sacra referente historiâ. *Exod. 12.* Sexcenta ferè millia virorum absque parvulis, & mulieribus, & præter vulgus promiscuum innumerabile cum ovibus & armentis & animalibus diversi generis plurimis profectu sunt) ex illo inquam infinito hominum numero nemo unus fuit qui de viâ sollicitus quæreret quod iter esset tenendum, quæ ratione trañandum mare quo Ægyptus terminatur, quomodo superanda loca deserta & inculta quæ egredientibus occurrebant, quibus modis se armarent contra ardores solis, terræ sterilitatem, furias bestiarum & insidias barbarorum hominum atque hostium, quæ omnia versabatur ante oculos, unde sibi providerent necessaria ad vitam, victum & vestitum suorum infantium & medicamenta ægrorum. Una omnibus fiducia in Dei providentiam, à quo egrediendi mandatum acceperant copiosissimi instar commeatus erat, hinc sumebant admirabili modo omnis generis commoda & delicias, & supra quam optare poterant, divinam experiebantur opem & præsidium in tot tantisque periculis & tot annorum decursu, Cum primum castra posuissent in littore maris Erythræi divisit Deus

gypto, tudine Sexcē- s, & scuum & a- profecta um nu- llicitus quara- termi- ferta & at, qui- s solis, infidias m, qua- bi pro- & vesti- enta æ- provi- a acce- us erat, anis ge- a quam- eur opē- s & tot- stra po- sit Deus co-

coram illis mare, ut siccis vestigijs per me-
dium ejus proficiscerentur, ita *ut aqua eis ef-*
sent pro muro à dextris & sinistru. Exod. 14.
Egyptios verò persequentes & ingressos
post eos involvit recurrentium aquarum flu-
tibus, cum Rege Pharaone omnique equita-
tu & curribus, ne nuntio quidem tantæ cladis
superfite. Porro in vastâ solitudine cum mo-
rarentur, interdiu rorida nubes erat illis pro
umbraculo contra solis æstum, noctu instar
columnæ ignis lucidissimæ illuminabat ca-
stra, & profecturis præcedens viam monstra-
bat. Cibus illorum annis quadraginta fuit
manna quod ministerio Angelorum præpa-
ratum roris in morem decidebat in castra,
quod erat quasi semen coriandri album; gu-
stusque ejus quasi simile cum melle. Exod. 16.
Potum hauriebant *ex consequente eos petrâ.*
hæc enim virgâ Moysis percussa toti exerci-
tui suppeditavit aquam. Quadraginta annis
quibus circuierunt per varias solitudines, non
fuit in tribubus eorum infirmus, nullius ve-
stes vel calcei attriti sunt. Hæc admiranda
Dei beneficia tamdiu experti sunt quamdiu
suam in Deum conservarunt fiduciam. Tanti
est Deo obedire & fidere in omnibus quæ
præcipit, sive difficulter sive omnino non
posse fieri videantur. Naaman Princeps mili-
tia

tix Regis Syriæ vir fortis & dives audita fama
 Elizæi Prophetæ acceptaque à Rege suo
 cum adeundi potestate, venit Samariam ad-
 ductusque domum Elisæi per nuntium ab eo
 missum audivit: *vade & lavare septies in Ior-
 dane & recipiet sanitatem caro tua atque
 mundaberis.* 4. Reg. 5. Quibus auditis indig-
 natus Naaman recessit & conversus ad servos
 suos: *Nunquid non meliores sunt, ait, Abana
 & Pharphai fluvij Damasci omnibus aquis
 Israel, ut laver in eis & munder?* Persuasus ta-
 men à comitibus suis, sustinuit obedire Pro-
 phetæ: *lavitque in Iordane septies juxta sermo-
 nem viri Dei, & restituta est caro ejus, sicut
 caro pueri parvuli, & mundatus est.* Si pru-
 dentia ille obsecutus humanæ perfutisset in
 ea persuasionem salubriores esse aquas Syriæ
 quam Jordanis, nunquam fuisset curatus à
 leprâ suâ: Fecit Moyses jussu Dei serpentem
 æneum, & posuit eum pro signo, ut percussis
 à serpentibus ignitis, quos Dominus immi-
 serat in rebellem populum, illum aspicerent
 & sanarentur. Si hic judicasset Moyses dig-
 nius esse ut conflatum ex auro aut argento
 serpentem proponeret, nihil effecisset. Num.
 21. Si Gedeon trecentos viros quos extri-
 ginta millibus & pluribus Dei jussu dimissis
 retinuerat pugnaturus contra Madianitarum
 ingea-

audita fa-
Regeluo
ariam ad-
ium ab eo
ies in lor-
tua atque
litis indig-
s ad servos
it, Abana
mibus aqua
rfualus ta-
edire Pro-
exta sermo
ejus, si
st. Si pri-
rtititit
quas Syria
t. curatus a
serpentem
ut percussit
inus immi-
aspicerent
oyles dig-
it argento
isset. Nam
quos exten-
lu dimissis
dianitarum
ingen-

ingentem exercitum, armare æreis atque fer-
reis armis, gladijs & lanceis satius esse duxif-
set, quàm lagenis & hydrijs, nunquam tam
gloriosam de Madianitis victoriam retulisset
Iud. 6 Huiusmodi historijs plenæ sunt sacræ
paginæ; ex quibus discimus nihil esse secu-
rius nobis, quàm observare ad literam, ut di-
citur, quidquid mandaverit Deus & eo pror-
sus modo, quo est imperatum, positâ in ejus
infinita bonitate ac providentiâ generosâ fi-
ducia, quod rectissimè ab eo dirigamur, nec
unquam timendum sit, ut aliquid nobis desit
modo nos officio nostro non desimus, sed
eum quæramus in omnibus & sanctè servia-
mus juxta sanctissimam ejus voluntatem.
Divites, inquit Psalter. *eguerunt & esurierunt,*
requirentes autem Dominum non minuentur
omni bono, quoniam non est inopia timentibus
eum. psal. 33. Concludo hoc caput memora-
bili historia quàm in Lausiacâ refert Palla-
dius de S. Abbate Apollonio, hic inquit, ale-
bat Monachos suos nullo penu instructus, &
quanquam panem non habebat, non tamen
deerat, quem alijs etiam pauperibus distri-
bueret. Dæmonem tam insolentem vehe-
menter admirans exprobrabat sancto viro,
quod nec Helias esset, nec Propheta, nec A-
postolus, unde ergo tantam id temporis vir-

tutem haberet simplex Monachus ejusmodi
 patrandi miracula, volebat scire invidus ani-
 marum prædo. Cui subridens vir sanctus re-
 spondit: an putas Deum duntaxat temporibus
 Eliæ aut Prophetarum aut Apostolorum
 rebus humanis profuisse, nunc verò deesse, &
 extra mundum abjecta nostri curâ, nescio
 quò peregrinari? An ignoras Deum semper
 eundem esse, & sibi semper similem, æquè
 potentem æquè liberalem ac misericordem
 præsentis tempore esse ac fuit omnibus retrò
 sæculis? Si majorum nostrorum ætatem mira-
 edidit Bonitatis suæ argumenta, cur non ea-
 dem ostendet hac nostrâ, si parem majoribus
 nostris retinemus in ipsum fiduciam? His di-
 ctis sanctus ille Abbas curioso indagatori fa-
 cile os obstruxit & confusum remisit in sty-
 gem.

CAPUT V.

Quintum medium conservandi Fiduciam in
 Deum. Timor Dei.

§. I.

Encomium Timoris Dei.

Concludo hæc media quæ ad nutriendam
 in nobis Fiduciam in Deum plurimum
 valent, Timore Dei. Hic sanè efficacissimum
 om-

omnium mihi videtur medium non solum
ad conservandam roborandamque fiduciam
sed ad omnes etiam alias virtutes. Quam ob
causam sanctissimus Job longum, quem de
excellentiâ studioque veræ sapientiæ eamq;
acquirendi ratione, instituit discursum his
verbis concludit cap. 28. *Ece Timor Domini,*
ipsa est sapientia. Et sapientissimus Salomon,
suarum instructionum, quas eximias tradit
libro Ecclesiastæ & proverbiorum, quasi E-
pitomen & epilogum facit Timorem Dei, in
quo omnis viri perfectio & mulieris laus
consistat. Non ergo meliorem his libris pote-
ro finem imponere quàm ejus commenda-
tione virtutis, qua suos finit spiritus sanctus,
quæque sic conjuncta est illi de qua hactenùs
tractavi, ut sit velut duplex numismatis facies
quarum una separari ab alterâ nequit. Hinc
est quod scriptura sacra vix unius sine alterâ
mentionem faciat. Sic cum dicitur psal. III.
Beatus vir qui timet Dominum, continuò ad-
ditur: *Paratum cor ejus sperare in Domino.*
Proinde nihil fecero, nisi postquam ob ocu-
los posui considerationes utiles ac necessa-
rias ad concipiendam fovendamque in Deū
fiduciam, ostendam etiam utilitatem Timo-
ris Dei,

Timor Dei efficit fiduciam in Deum.

Sanctissimus operum Dei encomiastes, nihil frequentius in psalmis nobis commendat, quàm Timorem Domini, cujus cum tot tantaque vitæ hujus beneficia in nobis extent, & majora promittantur in alterâ, ejus offensam summo studio cavere debemus. In quo tanto psalmographo utpote intimo Dei amico & consiliorum ejus interpreti fidelissimo, eandem debemus fidem & venerationem, quam ipsis Dei verbis, qui ejus nos ore exhortatur. *Quis est homo qui timet Dominum?* canit divinus hic psalter, *anima ejus in bonis demorabitur, & semen ejus hereditabit terram.* Tantis nimirum delicijs affluet in ipsis calamitatibus & miserijs, ut tribulationum omnium obliviscatur. Ex hoc Deum offendendi timore nascitur illi firma fiducia in divinam bonitatem, ex quâ velut ex fonte inexhausto ea redundat gratiarum & donorum spe atque expectatione majorum copia ut omnis afflictionum amaritudo, divinarum dulcedine consolationum consumpta nomen & naturam afflictionum perdat. E contra verò quo modo ij, qui Deum suis offen-

dere peccatis non timent, habere possunt in Deum fiduciam, tam necessariam ad obtinendam immunitatem aut levamen suorum malorum? Quo modo iidem possunt inducere animum & frontem illi se conjungendi, quem toties suis se sceleribus irritasse meminerunt? Quomodo à munificâ ejus manu sperare bona possunt, quam contra seipsos gravissimè armarunt. Non est fiducia in Deum in cordibus non timentium Deum: & tantum abest ut ab eo sperare bona possint, ut etiam ea ipsa quæ possident certo certius perdituri sint omnia, & recepturi maxima æternæque mala, propterea quod in autorem bonorum omnium peccare non sunt veriti. Aulici Principem suum offendere timent, ne gratiâ ejus excidant, & cum gratiâ priventur beneficijs, cum his & suis commodis, denique & felicitatis omnis & vitæ faciant jacturam. Et minima quidem, quâ supremus aliquis Dominus vindicare potest injurias sibi à servis suis illatas, pœna est, bonorum publicatio. Quis verò existimet cœli terræque Monarcham minus offendi peccatis nostris quàm Magnates terræ suorum subditorum? Aut quis putet magis timendos esse eos qui possunt occidere corpus (quod etiam aranea aut musca potest) animam autem non possunt.

occidere. Matth. 10. quàm eum qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Tales S. Chrysostomus comparat pueris qui larvatum hominem fugiunt, ferrum autem aut ignem, aut morbos aut mortem non horrent.

§. III.

Motiva Timoris Dei.

Satis videor dixisse in toto hoc opere de Dei magnitudine, & vilitate creaturarum ad ingenerandum animis nostris Dei timorem & rerum ceterarum contemptum. Nam quid est omnis Regum Majestas, cum confident in thronis suis & se magnificè circumspiciunt? quid est solis splendor sereno cælo? quid vis & impetus fulguris cum inclusis nubibus ignis erumpit horrifico strepitu? Nihil sunt, si comparentur infinitæ Dei majestati, immenso divinitatis lumini. & insuperabili omnipotentia ejus magnitudini. Job. 11. Excelsior cælo est, & quid facies? profundior inferno & unde cognosces? longior terrâ mensura ejus & latior mari Si subverterit omnia vel in unum coarctaverit, quis contradicet ei; ipse enim novit hominum vanitatem & videns iniquitatem nonne considerat? sapiens corde est, & fortis robore: quis resistit ei. & pacem habuit Apud ipsum est Sapiencia & Fortitudo, ipse ha-

habet consilium & intelligentiam. Si destruxerit, nemo est qui ædificet, si incluserit hominem, nullus est qui aperiat. Si contingerit aquas, omnia siccabuntur: & si emisit eas, subvertent terram. Apud ipsum est fortitudo & sapientia: ipse novit & decipientem, & eum qui decipitur. Adducit Consiliarios in stultum finem, & iudices in stuporem. Balteum Regum dissolvit & præcingit fune renes eorum. Ducit Sacerdotes in gloriosos & optimates supplantat: commutans labium veracium, & doctrinam senum auferens. Effundit despectionem super principes, eos, qui oppressi fuerant, relevans. Deus, cuius iræ nemo resistere potest, & sub quo curvantur qui portant orbem. Qui facit magna & incomprehensibilia & mirabilia quorum non est numerus. Et quis dicere potest, cur ita facis? His similia S. Job admirabili eloquentiâ deducit cap. 9. 11. & 12. Ex quibus aliqua jam tum relata hic repeto, quia plurimum valent ad salutarem, quem hinc quaerimus, animis nostris concipiendum timorem. Quis est igitur qui non timeat Deum tam tremendæ atque incomprehensibilis majestatis & potentiae? Quis non eligat etiam cum jactura omnis amicitiae & protectionis creaturarum atque omnium, si neces-

se est, detrimento bonorū, ejus habere amicitiam, gaudere tutelā & favorem conservare? Qui sanctē Deum timent, quid extra Deū prudenter timere possunt? Qui verò non timent Deum, justissimam habent causam gravissima quæque ubique & semper timendi. *Statue servo tuo, Domine, precabatur Rex pijsimus, eloquium tuum in timore tuo.* psal. 118. Id est, fac ut eloquium tuum me alliciat ad te timendum & colendum. Et rursus! *confige timore tuo carnes meas.* Id est cohibe licentiam sensuum meorum & indomitas passionum refræna, membra omnia velut clavis confige sancto tui timore. Animus Deum timens huic uni intentus est, ut Deo serviat & placeat in omnibus. Sicut amicissimus aliquis principi suo, sollicitè caret ne gratiam ejus perdat, sed omnes cogitationes suas, conatus & studia eò dirigit, ut illi placeat; sic timens Deum satisfacit sibi in omnibus, dummodo sit Deo satisfactum. Despicit inimicos suos & non timet quid faciat sibi homo. Liberè pronuntiat: *Principes persecuti sunt me gratis, & à verbis tuis formidabit cor meum.* psal. 118. Huc curas, huc studia sua convertit, ut ambulet in lege Domini; & dirigit vias suas ad custodiendas justificationes ejus. De Deo solo cogitat & loquitur, hunc solum considerat

ac desiderat ad eum solum refert omnia, illi soli vivit, gaudet & patitur, & quidquid Deū inter & se objicitur, sustinere detrectat. Et sicut S. Catharina Genuensis dicebat, quod nihil vellet propter Deum, nec in Deo, nec de Deo, sed Deum solum, ita huiusmodi animus nihil timet, nihil amat, ut ita dicam, propter Deum, aut de Deo, aut in Deo, sed Deum solum; istæ enim præpositivæ particulæ sunt quasi divisivæ, quæ animum quodammodo à Deo separant. §. IV.

Magna fiducia timentium Deum, summa vero diffidentia non timentium.

Duplex cordis & pulmonum motus, timentis Deum est tum ejus desiderium Deo placendi, tum timor displicendi, & quia novit nullas esse cælo vel terræ vires, quæ se possint à Deo separare, imò vel capillo capitis sui nocere sine Dei permissione, hinc ridet & contemnit omnia, quæ Deus non sunt. Timor qui in eo generavit fiduciam & extollit illum supra res omnes creatas, his inferioribus dominantem animum facile inducit in eam Abbatis Deicolæ cogitationem: Deum à se tollere nemo potest. Contrà vero quisquis Deum non timet, formidare debet, quidquid est extra Deum, quia nihil est tam vile, nihil tam infirmum & caducum,

quod illi nocere non possit, imò bonis omnibus spoliare, ut non solum divinâ se gratiâ & protectione nudum inveniat, sed etiam iram ejus atque odium incurrisset. *Ecce ejici me hodie*, dicebat desperatissimus fratricida ad Deum, *à facie terra, & à facie tua abscondar & ero vagus & profugus in terra; omnis igitur qui invenerit me, occidet me.* Quasi diceret: Si tu Deus & Dominus meus abjicis me & abominaberis, quid superest, nisi ut omnis creatura in mei perniciem atque interitum conspiret? Lapidēs insilient mihi in oculos, dehiscentes sub pedib⁹ tellus deglutiet me fluctibus suis, mare me involvet, aer me prefocabit, cælum fulmine me percutiet, muscæ & formicæ exsugent sanguinem venarum & medullâ ossium, devorabunt me vermes, & putredo prosternet me, serpentes & bufones nascentur in visceribus meis, & consument me totum. Hæc me infelicem à Creatore desertum manent à Creaturis, quibus facile est armare se & prævalere contra me inerimem & destitutum omni ope Altissimi. Huc miseriarum deveni tremende Deus, postquam projectus sum à te. Vides ex hoc exemplo, quanta divini hujus timoris defectu, tempestas vanæ formidinis exsurgat in animis impiorum quos varij terrores velut examen apum circum-

cum dant, cruciant, exedunt, ac mille quotidie
mortes inferunt. Verissimè de his dixit Pro-
pheta : *contritio & infelicitas in viis eorum,*
viam pacis non cognoverunt : non est timor Dei
ante oculos eorum. 1. sal 13. Hinc inquietum est
cor eorum & perpetuis formidinum moti-
bus agitur, velut concitatum. fluctibus ma-
ris omnia tuta timent, apes & vespas, ignem
& aquam, famem & sitim, amicos & inimi-
cos, notos ignotosque, domesticos & extra-
neos, morbos, infamiam, egestatem, vitam
& mortem.

§. V.

*Excellentia Timoris Dei conjuncti cum Fidu-
cia in Deum.*

Ostende mihi hominem omnium maxi-
mè inclytum dicebat sapiens quidam
hebræus, si timorem Dei non habet, opera-
rius est sine instrumentis, imò dici potest ho-
mo sine ullâ virtute & scientiâ, nam si caret
Dei timore, caret & gratiâ, si gratiâ, caret om-
nibus. At *timentis Dominum*, ait Eccle-
siasticus c. 34. *beata est anima ejus. Ad quem*
respicit. & quis est fortitudo ejus ? Oculi Do-
mini super timentes eum, protector poten-
tiae, firmamentum virtutis, tegimen ardo-
ris & umbraculum meridiani, deprecatio
offen-

„offensionis & adiutorium casus, exaltans
„animam & illuminans oculos, dans sanita-
„tem & vitam & benedictionem. Sed adver-
tendum est admirabiles hos, qui Dei Timori
adscribuntur, effectus non oriri proximè ab
ipso, sed potiùs à Fiduciâ in Deum quæ ex eo
progignitur velut ex calyce flos aut ex vite
pampinus. Unde Fiduciæ tribuendum est
quod de Timore toties canit Psalmista:
*Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Do-
mine, quam abscondisti timentibus te:* psal. 30.
Et iterum: *Voluntatem timentium se faciet,
deprecationem eorum exaudiet, & salvos fa-
ciet eos.* Nec solum nihil deest timentibus
eum, nec ipse solum salus eorum, fortitudo
& murus inexpugnabilis & protector vitæ
eorum est, sed etiam ipse docebit eos, & ma-
nifestabit illis se talem esse. Sic explicat car-
dinalis Bellarminus illum Psalmistæ versum:
*Firmamentum est Dominus timentibus eum,
& testamentum ipsius ut manifestetur illis.*
Hinc omnes Sancti Timorem Dei prætule-
runt omnibus mundi thesauris, eumque con-
servare studuerunt cum periculo & iacturâ
honoris, opum, vitæ, & omnium quæ possi-
debant in terris. Hoc clamant Sancti Dei
Martyres in acerbissimis tormentis & crucia-
tibus quos læti ac alacres in corporibus suis
per-

pertulerunt, ut conceptum animis Dei timorem non perderent peccato quod immanissimus est & unicus tyrannus qui matrem cum filiâ perimit, hoc est Timorem Dei & Fiduciam in Deum quam ille gignit. Hanc Timoris divini excellentiam considerans senior Tobias in illa egregia quæ vitæ suæ postrema putabat, quæque velut dives patrimonium filio suo relinquebat, verba erupit: *Noli timere, fili mi: pauperem quidem vitam gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus Deum.* c. 4. Sub exiguo cortice ingens latet medulla, & paucis verbis multa complectitur. Ita loqui solent sapientes; brevis sermo docti abundat sensu, verba numerata proferunt, quæ totidem oracula sunt mysteriis involuta. Quod si Vir sapientissimus cogitationes suas verbis explicare copiosius voluisset in hanc sententiam, quantum ego assequi possum, disseruisset. Fili mi, nunc tempus postulat ut corde paterno ad te loquar & aperiam intimos recessus animi mei, atque ad extremum tibi testatum relinquam, de quo tamen nunquam dubitare potuisti, deditissimum sincerissimi mei in te amoris affectum; & si forte naturæ oblitus & viri probi essem immemor officii, ætas tamen mea & præsens status in illud me tempus adduxerunt quo

quo maximi adulescentes solent liberè loqui,
& mendacissimi quique veritatem profiteri.
Facile mihi credes dicenti quod in hanc cor-
poris infirmitatem non me adduxit magnitu-
do imperii, negotiorum moles, curarum va-
rietas, labor in amplificandis divitiis, timor
in conservandis, dolor in amissione; nec terra
marive institutis itineribus fatigavi me, ut
aurum, argentum & peregrini orbis munera,
aut avium exuvias, aut piscium vermium-
que excrementa congererem majori cupi-
ditate quam merce; non consumpsi vires &
industriam in exstruendis magnificis ædi-
bus, coëmendis villis, plantandis vineis &
olivetis, ordinandis pomariis & colendis
hortis. Nunquam hæc in bonis æstimavi quæ
tantorum sunt irritamenta malorum, de qui-
bus tam cruenta bella gerunt reges, litigant
principes, laborant divites, cruciantur avari:
quæ conmutabilia fortunæ membra innu-
meris sunt exposita casibus: nam vel subdu-
cuntur à furibus, vel rapiuntur à prædoni-
bus, vel absumentur flammis, vel aquis ob-
ruuntur, sine labore non acquiruntur, sine ti-
more non possidentur, sine dolore non per-
duntur. Quomodo hæc bona dicam, aut quo-
modo ipsa possunt possessorem suum bea-
tum facere? Et nihilominus, quod nunquam
satis

satis potui mirari, amatores habent suos, habent sui studiosos qui diu noctuque nihil aliud agant, nihil aliud cogitant quam ut possint per fas nefasque divitias accumulare. Neque porro quæsitæ ex alieno orbe deliciæ, aut longæ epulæ aut frequentia convivia & quotidianæ commellationes valetudinem meam affligerunt; sed in his omnibus sæpe numero mortalium accusavi stultitiam, quod iis tantopere inhiarent, quæ semper torquent possidentem, quæ & malis sunt communia & non faciunt quemquam bonum nec felicem, sed miserum potius & ad vitia quæque inducunt. Idcirco amavi semper ea bona quæ Deo & hominibus probantur & meliorem faciunt sui possessorem. Unde longâ multorum experientiâ annorum comperi non esse veram felicitatem nisi in tranquillitate animi & conscientia bonâ. id est securâ & purâ mente quæ est jure convivium, nec majores alibi reperi divitias quàm in studio exercitioque verarum virtutum. Utinam fili mi hæc veritas tam altè insedisset animo tuo, ut nullis unquam deliciis, nec prosperis, nec adversis nullisque mundi persuasionibus, nec viribus concuti aut evelli inde possit. Facilis est, & jucunda hujus mæ propositiōis probatio: magnitudo alicujus boni desumi solet ab ejus

ejus excellentiâ & pretio fructuum quos producit, hoc jam in utraque, quam tibi commendo, virtute est inæstimabile. Nam actus unus, exempli gratiâ, Fiduciæ in Deum à te eo, quo oportet modo exercitus, cum producit vel unum gradum gratiæ, hujusmodi gradus utpote naturam excedens, præstantior est terrâ & elementis, cælo & astris, omnique eo quod cœli terræque ambitu continetur. Sicut gutta una balsami pretiosior est toto cæni oceano, & Jaspidis particula præstat Europæ atque Asiæ montibus. Sic Adamas punctum lapidis pretiosior auro, canit Manilius. Hanc porro gratiam si multiplices secundum numerum actionum sanctarum, quàm nobilem divitemque meritorum colliges cumulum ex constanti assiduoque harum virtutum exercitio! Recense si potes singulos pedum gressus, cogitationes mentis, voluntatis motus, vitæ tuæ momenta sanctè & religiosè traductæ, invenies incomparabilem cœlestium donorum quæ lucratus es, thesaurum. Hujus amplissimi quæstus instrumentum est recta sinceraque voluntas: opifex est Timor Dei, Fiducia in divina bonitate, & conformatio voluntatis tuæ cum Divina. Primum horum, nempe voluntatem obtines naturæ beneficio, cetera faciliè consequi

sequi potes studio & consideratione indigentia tua & excellentia dignitatisque ejus qui te condidit. Hoc unicum tibi testamento relinquo patrimonium vitæ tuæ & amoris in te mei hæreditatem optimam: Dei Timorem & mundi contemptum cum invicta Fiducia erga conditoris tui providentiam in omnibus calamitatibus, miseriis, & afflictionibus tuis. Patientia acuet magnanimitatem tuam & paupertas, qua alii abutuntur ad serviendum peccatis, quotidiani instar censûs erit ad augendum in dies meritorum cumulum Suscipe fili mi unicè dilecte, suscipe de paterna manu testamentum hoc & expende hunc pretiosum thesaurum ea prudentia atque industria ut consequaris aliquando optatissimam animæ tuæ quietem & statum illum bonorū omnium aggregatione perfectum, quem frustra amatores hujus mundi quærunt vanissimo rerum caducarum studio. Sic felici sorte consequeris opulentiam summam in egestate, maximam gloriam in contemptu, & evades ditior Regum principumque filiis qui amplissimorum regnorum & provinciarum hæreditatem adierunt. His ferè, verbis, meo quidem judicio, Vir Sanctus ac sapiens usus fuisset, si pluribus sententiam suam voluisset explicare, sed paucis usus est quia loquebatur

tur

0.1.4.
tur intelligenti, Et mihi huiuscemodi verbis
uti placuit ad concludendum hoc opus, ut
conformi & historiæ & operis huius initio
discursu velut dictorum compendium hoc
loco instituam. Sumus verè pauperrimi om-
nes & miserrimi & miserabilissimi, si non alia
possideamus bona, quàm quæ terra profert.
Nihil egentius divitum & magnarum abun-
dantia, nihil spoliatus illorum bonis; & quo
plus habent, plus quærunt habere, & ditissimi
quique pluribus indigent ut conservent quæ
possident. Quod si copia divitum inops &
indigens est, qualis erit inopia pauperum?
Quid igitur faciendum ut dulcescat nobis
tanta vitæ huius indigentissimæ & miserrimi-
mæ amaritudo? *Pauperem quidem vitam agi-*
mus, ait Tobias, *sed multa bona habebimus,*
si timuerimus Deum, planè omnia habebi-
mus, si Dei Timorem & Fiduciam in Dei
providentiam possederimus: adhuc terram
incolentes sedebimus in *pulchritudine pacis*
& in requie opulenta: Isai. 32. anima nostra in
bonis demorabitur, in exultatione & gaudio,
sine invidia sine tristitia, sine odio, sine do-
lore, sine metu, sine indignatione, sine despe-
ratione; hæc enim ad orcum pertinent, & æ-
terna sunt damnatorum supplicia; Timentes
autem Deum nihil impedit quo minus as-
sequan-

sequantur quod desideriiis sanctis & votis
prosequuntur, aut retineant quod perdere
metuunt. Omnes alii timores uni Dei Timo-
ri cedunt, inquit S. Chrysostomus, sicut qui
aqua laborat intercute, aut calculi cruciatur
doloribus, non percipit leves alios & tran-
seunt dolores. Et cum nihil timeamus præ-
ter Deum, nihil etiam amabimus præter
Deum, nec in ullâ re aliâ ponemus fiduciam,
adeo ut nihil omnino nisi solus Deus possit
nobis aut metum asferre, aut imperare spem,
aut provocare amorem. Huiusmodi vitam
ducebant aureo illo seculo nascentis Christi
Ecclesiæ alumni cum hæc divinæ virtutes tã-
quam cælestes Pandoræ pleno copiæ cornu
omnis generis bona in sui amantes effunde-
bant. Hi erant veluti duo fontes ex quibus
novello gregi largissimæ gratiarum & dono-
rum cælestium aquæ profluebant. In nostrâ
est potestate ut aurea ista tempora redeant &
si earundem virtutum flores appareant in ter-
ra nostra, gustabimus & persimiles fructus.
Eadem nunc sunt quæ olim fuerunt, & ma-
nus Domini non est abbreviata, quo minùs
effundat super nos torrentem pacis & cœle-
stium consolationum, quibus ditavit priora
Ecclesiæ parturientis secula, & potavit olim
credentium multitudinem.

TIme ergo Deum, quisquis metuis odium
 incurrere mortaliū, quisquis bonis me-
 tuis terrenis, quisquis vitæ, quisquis creati
 hostis persecutiones times. Non ego quidquā
 timebo impofterum nihil inquam timebo
 cū S. Francisco Xaverio nisi offendere Deum
 meum, qui tot tantaque quotidie in me con-
 fert beneficia. Ejus timebo amicitiam perde-
 re & gratiam quæ est omnis & unicus thesau-
 rus meus. Deum solum diligam, illi soli con-
 fidam, quia vanitas vanitatum & omnia va-
 nitas præter amare Deum, & illi soli servire.
 Omnia tranfeunt & subito casu quæ valuere
 ruunt. Omnis gloria & ornatus eorum quæ
 vulgus æstimat, corruptioni obnoxia sunt.
 Decidunt diademata, atteritur purpura, cor-
 pus quod nunc elegantia vestis auro gem-
 misque splendet ut sol oriens, corrūpetur
 aliquando, & fiet saccus stercoreum & efca
 vermium. Lingua eloquens, oculi micantes,
 frons nitens, vultus decorus, formosa labia,
 nitidæ manus, cor vividum, fortia brachia,
 speciosi pedes ac omnis pompa circumfluēs
 peribit & putrefcet Quapropter Anima Chri-
 ftiana ne inhæreas his fluxis & perituris re-
 bus, cum nascuntur, occidunt, pulchræ appa-
 rent sed velut fumus evanescunt. Ne fidas
 spe-

speciosæ fallaciæ, perstringit oculos ut micās
 in tenebris astrum, sed nō nisi vermis est, aut
 cariosum lignum resplendens. Ne innitaris
 colossis istis & statuis ad nubes quidem usque
 erectis, sed pedes habent luteos, in quos lapil-
 lus decedens subvertit vastam molem, ut
 sexcentas in partes dissiliat. Antiochus qui si-
 bi videbatur etiam fluctibus maris imperare,
 ut sacra refert historia Mach. 9. & montium
 altitudines in staterā appendere, paulò post
 percussus est ob superbiam insanabili plaga,
ita ut de corpore impii vermes scaturirent ac
viventes in doloribus carnes ejus effluerent, oo-
dore etiam illius & fœtore exercitus gravare-
tur. Et qui paulò ante sidera cœli contingere
 se arbitrabatur, eum nemo poterat propter in-
 tolerantiam fœtoris portare. Quo devenient
 porro ii qui sperarūt in divitiis multis, in va-
 nitatibus & insaniis falsis? Quam ridiculus
 apparebit metus illorum quem conceperant?
 Quam poenitendæ cupiditates quibus tanto-
 pere studuerunt mundo placere & velut nu-
 men colere. In te solo Deus Optime Maxime;
 in te spem & fiduciam omnem ponere debet
 quisquis non vult decipi, Te unum sanctè ti-
 mere qui solus hominibus & Angelis es ve-
 rendus, quoniam à te solo pendent omnia
 bona nostra, & spes omnes nostræ. Te solum
 respi-

respiciunt. Tu denique es, ô pulchritudo tam antiqua & tam nova, tu solus es cui debemus omnem amorem. quoniam propter te, & ad amandum te conditi sumus : Tibi facile est dulcedine gratiæ tuæ emollire ferrea corda, inflammare igne amoris tui marmorea pectora & trahere ad te marpesia caute magis immobilia. Illabere menti meæ ô dulcedo inæstimabilis, quæ nunquam satias : accende cor meum ô ignis qui nunquam extingueris : trahere me post te ut tibi soli adhæream, tibi soli vivam, mundo & creaturis omnibus mortuus. In te spem omnem & fiduciam & solatium meum ponam. Te amem & diligam in æternum & ultra.

Amen.

Laus DEO Virginique MATRI.

INDEX

Dedicatio operis.	
Admonitio Authoris ad Lectorem de ratione instituti operis.	I
Considerationes generales de Fiducia in Deum.	7
Prefatio hujus Tractatus.	7
§.1. Definitio fiduciæ in Deum.	ibid.
§.2. Proprietates fiduciæ in Deum.	9
§.3. Exempla.	12
§.4. Differentia inter eam quæ in Deum & quæ in creaturas est, fiduciam.	14
§.5. Effectus fiduciæ in Deum.	19
§.6. Fiducia in Deum non excludit media humana.	22
§.7. Divinæ fiduciæ adjungi debet industria humana.	
<i>Tractatus de Fiducia Dei.</i>	30
Liber I. de fundamentis fiduciæ in Deum. ib.	
Prooemium. Evidentia providentiæ divinæ.	
Caput. I. Omnes homines desiderant esse beati in hac vita, & quomodo id possint obtinere.	32
§.1. Omnes homines desiderant esse beati.	16
§.2. Quam facile sit beatitudinem consequi	
§.3. Vera beatitudo Deus est.	36
Y	§.4.

§.4. Historia memorabilis hominis beati.	38
Caput II. Providentia divina gubernat & ordinat omnia in bonum nostrum. quæ cogitatio magno nobis debet esse solatio.	45
§.1. Sine rectâ gubernatione res non subsistunt.	ibid
§.2. Imperium Dei quàm late pateat quàm placidum certumque sit.	47
§.3. Bruta anteponenda hominibus qui hæc cogitatione carent.	51
§.4. Bonitas Dei erga nos.	55
§.5. Oratio Dei ad animam afflictam.	56
§.6. Responsio animæ resignatæ & fidentis Deo	59
Caput III. Consilia Dei occultissima, nobis tamen salutaria, quibus repugnare grande est malum.	62
§.1. Consilia Dei occultissima.	ib.
§.2. Viæ Domini suaves & efficaces.	64
§.3. Verba Dei amore plenissima.	67
§.4. Quidquid nobis acciderit, tamquàm optimum de manu Dei accipiendum	68
§.5. Consolatio egestate laborantium.	70
§.7. Solatium ab hominibus contemptorū.	72
§.8. Constantia Socratis.	74
Caput IV. Quomodo Deus unumquemque deducat per viam salutis suæ, & quid faciendum	

& Paragraphorum.

ti. 38	endū ut eam cognoscamus & sequamur	75
& or-	§.1. Consilia Dei occulta & sanctissima.	ibid
quæ	§.2. Consilia Dei semper tendunt in bonum	
io. 45	nostrum.	78
subli-	§.3. Quomodo in omnibus recurrendum sit	
ibid	ad Deum.	81
quām	§.4. Exemplum Josephi Patriarchæ.	84
47	Caput V. De providentiâ & curâ quam Deus	
qui hac	habet de unoquoque nostrum, cui nos cō-	
51	formare in omnibus sine querelâ debe-	
55	mus.	87
56	§.1. Regulæ prudentiæ humanæ dispares di-	
dentis	vinæ.	ibid
59	§.2. Mirabilis divinæ potentiæ magnitudo	91
nobis	§.3. Quomodo venerari & observare debeat-	
grande	mus divinæ circa nos providentiæ ordinē	
62	sine curioso examine.	96
ib.	§.4. Oblatio sui ipsius,	99
64	§.5. Discursus animæ malè resignatæ.	
67	§.6. Quorundam sanctorum de divina Pro-	
opti-	videntia sententiæ.	103
68	§.7. Quorundam aliorum de Resignatione	
70	doctrina notatu digna.	109
orū. 72	Caput VI. De duobus modis quibus homi-	
74	nes aberrant à Vijs Dei.	112
emque	§.1. Suavitas providentiæ divinæ.	ibid.
d faci-	§.2. Quanto periculō illi resistatur.	114
ndum	§.3. Hujusmodi periculi probatio.	116
	§.4.	

Index Capitum

§.4. Consideratio historiae de Jeroboam.	118
§.5. Voluntas Dei antecedens.	119
§.6. Voluntas Dei consequens.	123
§.7. Applicatio utriusque Dei voluntatis ad- historiam Jeroboami.	125
Caput VII, Conclusio libri primi per illustria quædam exempla.	128
§.1. Efficacia Exemplorum.	ib.
§.2. Heli à Deo severè punitus.	129
§.3. Heli perfectè Resignatus.	131
§.4. Rex Josaphat in afflictione ad Deum cõ- fugit.	133
§.5. David à Filio pulsus recurrit ad Deum.	136
<i>Liber II. De motivis fiducia in Deum,</i>	
Proœmium.	140
§.1. Quorundam antiquorum præclare dicta de providentiâ.	ibid
§.2. Diffidentia divinæ providentiæ quam la- tè pateat, quamque sit noxia.	142
Caput I. Primum motivum fiduciæ in Deum, deducitur ex eo quod in magnis & subitis necessitatibus naturæ instinctu recurrim⁹ ad Deum.	144
§.1. Natura nobis suggerit in necessitate re- cursum ad Deum.	ibid
§.2. Optimum ea de re testimonium Davidis.	146.
§.3. Exemplum Israelitarum & Paganorum.	§.4.
147.	

& Paragraphorum.

118	§.4. Recursus ad Deum semper est necessa-	
119	rius.	149
123	§.5. Exemplum Israelitarum poscentium sibi	
s ad.	Regem.	152
125	§.6. Reflexa dictorum consideratio.	156
128	§.7. Philonis doctrina notatu digna.	157
ib.	Caput 2. Secundum motiyuum fiducia in	
129	Deum, sumitur ex fidelitate Dei in suis	
131	promissis.	158
a cō-	§.1. Magnitudo & certitudo promissionum	
133	Dei.	ib.
136	§.2. Quam felicitatem promittat Deus in ad-	
	versitate confidentibus in eum.	162
140	§.3. In prosperitate quoque assistit Deus con-	
dicta	naentibus in eum.	164
ibid	§.4. Quid spectet Deus in adversitatibus no-	
mla-	stris.	166
142	§.5. Repetita dictorum consideratio.	169
eum,	§.6. Falluntur qui sperant à Deo spiritualia	
ibitis	bona, & non temporalia.	170
rim ^s	§.7. Cæcitas eorum qui fidunt hominibus	
144	magis quàm Deo.	175
re re-	Caput III. Tertium motivum ductum ex va-	
ibid	nitatemundi & confusione eorum qui	
vidis.	mundo fidunt.	175
rum.	§.1. Illustre testimonium de vanitate mundi.	
§.4	§.2. Cur homines mundo fidant.	176
	§.3. Vanæ mundi promissiones.	178
	Y 3	§.4.

Index Capitum

§.4. Illustria exempla duorum amoris mundi renuntiantium.	182
§.5. Quantopere homines fugiant contemptum sui.	183
§.6. Confusio eorum qui fidunt mundo magis quam Deo.	185
§.7. Huic confusio ipsi mundi amatores causam præbent.	189
Caput IV. Motivum quartum ductum ex injuriâ quam inferunt Deo qui non confidunt in eum.	192
§.1. Cæcitas hominum nimis confidentium Creaturis.	
§.2. Pathetica Dei objurgatio hac super re.	193.
§.3. Quantopere fugienda vel unica Dei offensa.	195
§.4. Qualis sit Dei offensa: nolle Deo fidere.	199.
§.5. Punitio hujus offensæ.	200
§.6. Ruina Saulis ob hanc injuriam.	203
§.7. Ruina Regis Asæ, Imperij orientalis, & Volseij Angli ob eandem causam.	206
Caput V. Motivum quintum ductum ex diversis instantiis quas Christus Dominus facit argumentando à majore ad minus & à minore ad majus.	209
§.1. Proponitur Christi argumentum.	ibid
§.2.	§.2.

& Paragraphorum.

- §.2. Qui curam habet animæ nostræ, habebit
& corporis. Prima instantia. 213
- §.3. Cui curæ sunt volucres, eidem curæ sunt
& homines. Secunda instantia. 214
- §.4. Qui dat corpori formam & staturam, tri-
buet etiā reliqua illi necessaria. Tertia 218
- §.5. Fiducia in Deum non debet fovere nostrā
negligentiam, & otium. 220
- Caput VI. Continuatio ejusdem argumenti.
222.
- §.1. Insignis figura eorum qui non integrè
confidunt Deo. ibid
- §.2. Motiva ad habendam in Deo fiduciam
pro rebus temporalibus. 227
- §.3. Præclara S. Chrysostomi verba in hanc
rem. 230
- Caput 7. Sextum motivum ductum ab expe-
rientiā præteritorum ut benè speremus
de futuris. 231
- §.1. Motivum quod habuit S. Polycarpus non
offendendi Deum, quodque nos habere
debemus sperandi in eo, ibid.
- §.2. Deus nunc æquè bonus, æquè liberalis
est ac unquam fuit 232
- §.3. Singularis fiducia Davidis in Deo. 234
- §.4. Fundata hæc erat in beneficijs à Deo ac-
ceptis. 235
- §.5. David persecutionem patiens ab Absalo-
ne

0.1.4.

Index Capitum

ne conservat animi tranquillitatem.	237
§.6. Causa tantæ tranquillitatis.	241
§.7. Conclusio libri secundi.	244
<i>Liber III. de effectibus fiducia in Deum.</i>	245
Proœmium.	
§.1. Qui fidunt Deo, rectè soli comparantur.	
ibid.	
§.2. Qui fidunt creaturis assimilantur Cereo.	
247.	
§.3. Propositum auctoris hoc 3. libro.	248
Caput I. Fiduciæ in Deum effectus.	250
§.1. In effectibus creatis plus est à deo quàm	
à creaturis solo excepto peccato.	251
Vera pax animæ.	250
Qui confidunt in deo, omnia ad deum refe-	
runt; primus fons veræ pacis.	245
Per digressionē indicantur rationes ob quas	
deus permittat peccata hominum.	258
§.2. Deus causa peccati esse non potest.	255
§.3. Rationes ob quas deus peccata permittit	
258.	
§.4. Deducuntur aliqua quæ faciunt ad con-	
servandam animi pacem.	263
§.5. Exemplum Maximil. I. Imperat.	
§.6. Autoritates & exempla de hac materia.	
265,	
Qui confidunt in deo deum præsentem ubi-	
que agnoscunt: secundus fons veræ pacis.	
§.8.	

& Paragraphorum.

237	§.8. Quinam sint recti quinam distorti corde	270.
241	§.9. Pax admirabilis eorum qui fidunt deo	272
244	fundata in præsentiā dei.	272
245	§.10. Exemplum Davidis & Josephi.	275
ntur.	§.11. Dei præsentiā difficulter cogitatur in ad-	277
ereo.	versis.	277
248	Qui confidunt in deo sanctissimæ ejus vo-	280
250	luntati se conformant in omnibus. Ter-	280
uam	tius fons veræ pacis.	280
251	§.12. Pax confidentium in deo, est prorsus in-	ibid.
250	violabilis.	ibid.
efe-	§.13. Præclare dicta ab Epicteto de hac mate-	283
245	ria.	283
quas	§.14. Voluntatis divinæ vis invicta.	285
258	§.15. Quorundam dicta in hanc rem notatu	286
255	digna.	286
ittit	Qui confidunt in deo, omnes afflictiones	291
on-	suas velut de manu dei suscipiunt. Quar-	291
263	tus fons veræ pacis.	291
ria.	§.16. Quomodo oporteat afflictiones de ma-	ibid
ibi-	nu dei suscipere.	ibid
cis.	§.17. Præclare dicta Epicteti in hanc rem.	293
§.8.	§.18. Exempla Regis Ezechiae. S. Lydvvinæ.	296
	S. Simeonis styl. S. Martini, &c.	296
	§.19. Deus quos amat, castigat.	300.
	§.20. Historia Josephi Patriarchæ expendi-	303
	tur.	303
	§.21.	303

Index Capitulū

- §.21. Deus nullū permittit aut immittit malum nisi ut inde eliciat bonum. 305
- §.22. Memorabile exemplum hac de re. 307
- Qui confidunt in deo afflictiones recipiunt ut peccatis suis debitas. Quintus fons veræ pacis. 311
- §.23. Quantam pœnam mereatur peccatum. 311.
- §.24. Veri pœnitentis oratio. 314
- §.25. Deus castigat peccata nostra per manus persecutorum nostrorum. 317
- Caput II. Secundus effectus fiduciæ in deum: Verum animi gaudium. 319
- §.1. Objectiones mundanorum contra gaudium fervorum dei. ibid
- §.2. Fiducia in deum parit perrenne & perfectum gaudium etiam in afflictionibus. 323
- §.3. Gaudium dei mensura est ceterorum. 325
- §.4. Fiducia in deum parit gaudium quoddammodo simile divino. 327
- §.5. Quare deus interdum affligat servos suos per creaturas. 329
- §.6. Quorundam sanctorum dicta notatu digna super hoc argumentō. 334
- §.7. Deus subtrahit se sanctis ut eos probet. 341.
- §.8. Verba memoratu digna S. Stephani de Mureto. 343
- §.9.

& Paragraphorum.

§.9. Gaudium amatorum mundi fucatum est
346.

§.10. Verum est gaudium sperantium in Deo.
348.

§.11. Illustria hujus veritatis testimonia. 350

§.12. Vanum esse mundanorum gaudium
pluribus probatur. 355

§.13. Comparationes super hoc argumento
eximiae. 357

§.14. Plurimum differunt pati pro Deo & pati
pro mundo. 359

§.15. Mirificè consolatur Deus sanctos in suis
afflictionibus. 367

§.16. Hujus gaudij dulcedinem gustare non
potest qui non est omni alio destitutus.
370.

§.17. Excellentia unius Dei : & boni quod ex
eo est. 372

§.18. Gaudium quod Deus donat, longè supe-
rat quodcunque ex creaturis percipitur.
375.

§.19. Eximia nomina hujus cœlestis gaudij.
378.

§.20. Discrimen inter voluptates corporis &
animi. 379

§.21. Dispositiones necessariae ad voluptates
animi percipiendas. 383

Caput III. Tertius effectus fiduciæ in Deum.
For-

Index Capitulorum

Fortitudo inexpugnabilis.	385
§.1. Summatim proponitur hic effectus.	387
§.2. Deus est munimentum sperantium in se	
§.3. Exempla hujus veritatis.	390
§.4. Qui sperant in deo, mutant fortitudinē.	
Probatur exemplis Eliæ & aliorum.	392
§.5. Fusius exponitur fortitudo trium puerorum in fornace Babylonica.	396
<i>Liber IV. de mediis quibus conservetur fiducia in Deum.</i>	405.
Prooemium.	ibid
§.1. Magna promittuntur sperantibus in deo.	ibid.
§.2. Exemplum hujus promissionis.	407
§.3. Mens authoris in hoc quarto libro.	408
Caput. I. Primum medium conservandi fiduciam in Deum: Consideratio divinæ majestatis.	409
§.1. Excellentia divinæ naturæ.	ibid.
§.2. Ex collatione creaturarum dei excellentia magis elucescit.	412
§.3. Quam essentielle sit deo supremum in omnia dominium.	416
§.4. Anima extra deum, cui fidat non habet.	417.
§.5. Resolutio verè Christiana.	421
Caput II. Secundum medium conservandi fiduciam	

& Paragraphorum.

fiduciam in Deum: Considerare naturam
creaturarum nihili instar esse ad divinam.

424.

§.1. Necessitas naturæ divinæ. ibid.

§.2. Comparatio divinæ essentiae cum essen-
tiâ creaturarum. 425

§.3. Creaturarum indigentia. 427

§.4. Dei magnificentia. 430

§.5. Creaturæ omnes corruptioni obnoxiae, &
limitatae sunt. 433

§.6. Creaturarum duratio momentanea est.
440.

§.7. Dei majestas & vanitas hominis. 440

Caput III. Tertium medium conservandi fi-
duciam in Deum: Considerare nos esse o-
pus Dei. 443

§.1. Jus opificis in opus suum. ib.

§.2. Discrimen inter opera & possessiones.
445.

§.3. Creaturarum dependentia à Deo Crea-
tore suo infinita est. 451

§.4. Tituli qui nos obligant ad gratitudinem
& fiduciam erga Deum. 456

§.5. Aliæ obligationes ad habendam fiduciā
obtinendi ea quæ nobis defunt. 460

Caput IV. Quartum medium conservandi
nostram in Deum fiduciam: omnibus Dei
mandatis religiosè obedire. 463

§.1.

Q. I. 4.

Index Capitum

- §. 1. Magnum discrimen inter mandata Dei & hominum. ibid
- §. 2. Duæ veritates necessariæ. 465
- §. 3. Quam dispari modo recipienda sint præcepta Dei & hominum. 467
- §. 4. Praxis huius medij. 470
- §. 5. Dei agendi modus contrarius modo agendi hominum. 476
- §. 6. Exempla cœcæ obedientiæ deo præstiatæ. 479
- Caput V. Quintum medium conservandi fiduciam in Deum: Timor Dei. 484
- §. 1. Encomium timoris Dei.
- §. 2. Timor Dei efficit in nobis fiduciam in Deum.
- §. 3. Motiva Timoris Dei. 488
- §. 4. Magna fiducia timentium Deum summa verò diffidentia non timentium.
- §. 5. Excellentia timoris Dei conjuncti cum fiducia in Deum. 493
- §. 6. Epilogus.



CENSURA ORDINARIA.

Tractatus de Fiducia in DEUM in quatuor libros divisus, & Gallicè conscriptus: Auctore R. P. NICOLAO de SAULT Societatis JESU, atque à R. P. FRANCISCO ROVÆO ejusdem Societatis in latinam linguam translatus, quibus in rebus fiducia collocanda, quidque amandum aut fugiendum sit, ex fundamentis Christianæ fidei Lectori proponit. Cumque Orthodoxæ fidei bonisve moribus nihil contrarium contineat, utiliter imprimi poterit. Coloniae 20. Martii 1660.

ADRIANUS de WALENBURCH Metrop.
Colon. Ecclesia Presb. Can. & Censor
Libr. Ordin.

TYPOGRAPHUS BENEVOLO Lectori salutem.

Hunc ipsum quem vides Tractatum de Fiducia in DEVM, paulo ante Typis Germanico Idiomate in Typographia mea commiseram, quando perlectum sedulo tanti facere cœpi & eo amore ac affectu prosequi, ut postquam paulo post ad manus meas latina hæc & Gallica lingua translatio, facta ab Adm. Rdo. Patre FRANCISCO ROVÆO Societatis JESU

17A-

tradita mihi foret, continere me non potuerim,
quin & latina hac lingua generaliori Typis
exscriberem totique Orbi sisterem. Porro sicuti
amor boni publici illius præsertim, quod ser-
vit æternum salvandis animabus, mihi sti-
mulus addidit hac nunc etiam lingua edere,
tum & zelus honoris Magni Dei, cuius honori
vindicans, quem Impii Pseudopolitici ipsi de-
trahere de factis conantur, ab impia eorum opi-
nione hoc opus præcipue intendi sic rogantur à
me omnes. Christiani, quibus dictum est ab
Apostolo Paulo unicuique mandatum est de
proximo suo, nempe ut eum Christo lucrifaciat,
vel maxime omnes Cōcionatores & Confessarii,
postquam eadē ipsis ratione perlectum placuerit
omnibus illud ubi ab occasio tulerit cōmendare
dignentur & magni boni instrumentum esse, ac
efficere, ut, cum quemadmodum Deum colimus
sic ab ipso visitemur, crescente cultu & venera-
tione Magni Dei, fiduciaque in ipsum & vivā
fide plurimi mereantur cum abundantia gra-
tiarum ab ipso visitari & in viam suam dirigi
ad beatissimam æternitatem.


FINIS.

erim,
Typis
sicuti
d ser-
i sti-
edere,
monori
si de-
n opi-
tur à
est ab
est de
aciat,
Tarii,
uerit
ndare
sse, ac
limus
nera-
vivā
gra-
dirigi




O.I.40





0.1.40







DE · FIDVCI
IN · DEVM
R · P · SAVIT

Th
2932

Q. I. 4. m.